No 1741

758 **MANUSCRIPT ON VELLUM.**—Dictionarium.—Expositiones difficiliorum vocabulorum de bibliotheca per ordinem alphabeti, Manuscript on vellum, 264 ll., double col., beautifully written in Gothic characters, first initial in colours on a gold ground, others in alternate red and blue, with penwork ornament in the complementary colour, fol., 279 by 208 mm., *French* XVIII*th Cent. binding of green morocco gilt, with borders of grapes and vine-leaves on sides,* *XIVth Cent.*

A Fine Manuscript, decorated in good style and in excellent condition. At the end is the note "Hic liber est Beate Marie Regalis Montis (Royaumont), Que titulum delevit vel ab eadem ecclesia furtive alien averit." Every page has a row of capital j's, alternately red and blue, in front of each column of text. This type of ornament indicates a Parisien atelier of the early XIVth century, and is found in the famous Bible written by Robert de Billyng, and dated 1327 (see H. Martin, *Le Miniature Francaise, Paris*, 1923).

DICTIONARIUM. EXPOSITIONES DIFFICILIORUM VOCABULORUM DE BIBLIOTHECA PER ORDINEM ALPHABETI, *very fine manuscript of the thirteenth century beautifully written in double columns*, ON THIN WHITE VELLUM, *with capital letters in blue and red, and initial letter illuminated in gold and colours, in a French binding of green morocco with broad gilt border of vine leaves and bunches of grapes* 522 *pp. folio.* ~~XIII~~ XIV CENT.

*** At the end of this very important manuscript is written "Hic liber est Beate Marie Regalis Montis (Royaumont) qui titulum delevit vel ab eadem ecclesia furtive alienaverit hunc librum sit a Deo anathema maranata."

Ms. Codex 722

Expositiões difficilium vocabulorum de bibliotheca per ordinem alphabeti. ~

Difficiles studeo partes.
quas biblia gestat:
pandere s; nequeo latebras nisi q̄ manifestat.
Auxiliante deo qui cui uult singla
prāt. dante iuuamen eo nichil insta
bile restat. Propria ponunt hic noīa
pauca s; oro. Qui legis indulge qm
breuius ēē laboro. Si q̄ pfcm tenet
hoc op⁹ ē deitatis. Ē dat pfcm sine
qua nich ē bonitatis. Quicq; non
rectum pat; hic quicq; ruditatis. Ē
quid neglectum ul' quicq; inutilitatis.
Suppleus defcm lector studio pietatis.
Corrige. correctum sit in usum posi
tatis. Scematis ignarus stilus ē
nō abruuolunam. Nam pollē facit
opam correctō pmam. Desup iradet
a scribenti grā dia. Sis dux. sis
socia mea lux. ⁊ uera sophia. ooooo

Pando. is. sigt
extendē. dicē
vexīe. appe
rire. mani
festare. ⁊
hoc ulti
mo m̄
acci
pi
tur
hic.

Polleo. polles.
ē resplendē.
florere. ex
cellere.
⁊ vale
re. ut
hic

Annerial' in
[illegible] desul
monesi
in acci
pi
oia
gē

Alfa sicut dic̄ ysid⁹ in pmo libro.
ethymoliarum. ideo in omnib; ling̃s
ē prior. quia ipa nascentiū uocē apit.
Vn̄ dr̄ in historiis. mascul' recent' na
tus eiulando dr̄ a. mulier u̇ e. Vn̄ u̇s.
E. profert aut a. quisq̄s prodit ab
eua. Item dicit priscianus in tracta
tu de interiectōe. a. ÷ ppositō. ⁊ ÷ interiec.
⁊ nom. ppositō ut a summo ad imū.
Interiectō ē. ut in bucolicis. a. t̄ ne
teneras glacies secet aspa plantas.
Et nos possum⁹ a. dēē. q; ē. i. ē inter
iectō dolentis. Vn̄ dicitur. a. a. a. dñe
ds. Item nom̄ ē ipius lr̄e. sic supdictū
ē.

Abba sicut dicit glo. ad gal. iiij.
hebraicum ē. i. interptatorib; dr̄ qd
syrum est. n̄ hebreū. papias u̇ dicit.
q; sirum ē. ⁊ hebreum. ⁊ interptat' pat.
pater u̇ scdm papiam. grecum ē ⁊ lat.
⁊ hr̄ abbā acutum accentum ī fine.
iux illos. Vn̄. Omis barbara uox nō
declinata latine accentū sr̄ extremā.
suabit acutum. oooo ~ ooooo ~ ooo.

Ab accidentib;. i. de uicio eorum qui
scribunt accidencia. i. expōit. ij.
esdre. ij. cā. ooooo ~ oooooo ~ oooo.

Abel pprium nom̄ ē uiri. Itē abel
nomen ē lapidis. sup quem archa
dñi posita fuit. sicut hr̄. i. re. vi. g.
quidā tn̄ assumit ciuitatē que tūc
bethsames dicebatur. Pea dcam
abel. q; intp' luctus. pp luctū beth
samitarum. qui sequit' ē. S; pius dcm
magis uidetur textui concordare.
Et dr̄ abel magnum. ad dcam alti⁹
abel. que in sequītib; a bela dr̄. Vn̄
qui interrogant. interrogent in abe
la. omīa ista in hystoriis inuenies.

Abdicare multa sigt. q; hentur
p hos. Vn̄. abdicat. expellit. re
mouet. q; refutat. ⁊ abdit. denegat.
absentat. ac inhibere notat. has
significatiōes potes collige ex pa
pia. ⁊ diuatōnib; huguitōis. ⁊ est
cōpositum. ab ab. ⁊ dico dicas. q; sigt
copulare. consecrare. uouē. ⁊ hr̄ p
mam sillabam breuem. Vn̄ u̇sus differ
ential'. pma dico lego. lego tcia dico lego.

Abditus. i. absconditus. dr̄ ab abdo.
abdis. q; ē abscondē. ul' remouē.

.i.

. enldat.

Abductio — Abducere dicitur separare · absentare · di
strahere · asportare · unde abductio · et
abductus · dicitur · et abductio · quando pre nimio
dolore quis alienatur aliquis a se ipso ·
et pro exilio invenitur · ooooooooo

Abicio · abicis · abieci · abicere ·
dicitur a se iacere · reicere · longe iacere ·
vilipendere · unde abiectus · ta · tum ·
et hec · ij · eisdem · i · invenitur abicere · pro purga
Abitus — re · vel plurimum omittere · ooooooooo

Abies nomen est arboris · et dicitur ab
abeundo · eo quod pre ceteris arbori
bus longe eat · et in excelsum promi
neat · est natura sicut dicit Ysidorus ethi
·/· Cō · vij · mologiarum · xvij · expers est terreni humo
ris · ac proinde habilis atque levis habe
tur · unde abiegnus · na · num · de abiete exi
stens · et abietarius · i · carpentarius
qui de abiete operatur · oooooooooo ;

Abietarius — Abigo abigis · abegi · abigere dicitur
a se agere · auferre · separare · fuga
re · unde abigeus dicitur fur iumentorum ·
et pecorum eo quod ea abigat · abactum
vel concupiscencius furetur · unde hic a
bigeatus · quarte declinationis dicitur
tale furtum · oooooooooooo ~ oo

Abyssus est profunditas aquarum
impenetrabilis · aqua · fontes
et flumina procedunt · et per occultas
venas ad mare · abyssum revertun
tur · unde dicitur abyssus · quasi ad ipsius que
ad ipsam revertunt · vel quia ab insius ·
quia eius profunditas videri non potest ·
vel dicitur ab · a · quod est sine · et byssus · quod est
genus lini candidissimi · quasi sine
bisso · i · sine candore · et est femini

generis · unde versus · Dant in usus hec sexta · tum de
clinante secunda · Hic paradisus habet · nardus ·
domus · atque iacinctus · et sinodus · cost...
et carbasus · alvus abissus · hec quoque
smaragdus habet · vannus · colus · atque
phaselus · porticus · egyptus · dip
tongus eis sociamus · alvus · cristal
lus et humus ~~bissus~~ · bissus quoque papirus ·
cristallum tamen hec dicemus · et hic paradisus ;

Ablactatio triplex est sicut dicitur
in hystoriis · i · scilicet a · prima est a lac
te mamille · que fit in tercio anno ·
Secunda · a lacte infancie · que fit · in · vij ·
tercia · a lacte puericie · que fit · xij · anno ·
~~tercia · Secunda · a lacte infancie · que~~
~~fit in vij~~ · et sic amouetur puer
a nutrice · a pedagogo · et a timore

Abolere · secundum papiam dicitur absterere ·
extendere · oblivisci · delere · negligere ·
de memoria tollere · in oblivione mittere
frequentius tamen pro delere invenitur ·
unde abolitus · ta · tum · penultima
correpta · oooo ~ oooo ~ ooooo

Abominor · abominaris · i · ab
horrere aliquid cum execratione · et
componitur ab ab et ominor · aris · quod
est augurari omen · nis · augurium
vel eventus dicitur · unde ominosus ·
· sa · sum · plenus augurio · vel fortuna

Abortivus · va · vum · dicitur non suo tempore
ortus · vel non recto tempore ortus · et
hoc abortivum · id quod abortitur · et abor
cio · tis · tivi · i · abortivum facere · et dicitur
abortivus · ab orior · riris · vel ab or
ris · quod est longe oriri · vel oriendo erra
re · vel non suo tempore oriri · vel non naturaliter oriri ·

Tamen in apocalipsi · xix
· o · dicitur vestiti
bisso albo et
mundo · sed
non est the
ma ad
consequen
cia ·

z ē ꝯpositum ab ab z orior. oreris. l'ori
ris. q̄ scdm̄ t'ciam z q̄rtā ꝯiugatōem
declinatur: sicut dicit priscian'. vn̄ gen's
inuisus ~~natia~~ dicit. sic b'ta. si dicas ori
or. morior. potior qr̄. declinando p's.
ris. l'eris. repit'. ꝯ gēsinus. est &
abortiuus. qui cesa tractus ab aluo.
postum' ē natus p' exequias genito
Abra s'cdm̄ huguitōem. est Lris.
ancilla liberta. q̄ ab ara. qr̄
ad aram. suum. ul' liberum facie
bant. ul' pt̄ ēē ꝓpriū nom̄ puelle.
Judith. xv. oooooo ~ ooooooo ~
Abram ꝯponit' ab abba. q' ē pr̄.
z ram qd' ē excelsus. vn̄ abra
q̄si abbatam. i. pr̄ excelsus. z addi
ta ē a. lr̄a z dc̄us ē abraham. q. a
braham. q' sonat pr̄ multarū. z
subauditur gentium. hebrei tn̄ dnt.
qd' de noīe suo tetragramaton.
e. lr̄am. addidit ds̄ abrahe. q̄ tn̄
sonat. a. idioma. n. eorū ē scribere
a. z sonare. e. z eo. r. aut sic addi
ta. ē causa euphonie. ita scribit'
in hystor'. sr̄. ge. xvij. ooooo ~ ooo.
Abscondita filia dr̄ filia uirgo.
nimia diligencia custodita.
q̄ grece dr̄ apocrypha. ebraice alma.
vn̄. ecc'. xlii. filia pr̄is abscondita
est uigilia. i. cā uigilie. ut a ple
ris inuenies in glosa Joh'nni c. xviij. e.
Abscondo. dis. di. l'. abscondidi.
abscondere. dupplex ht̄ p'teritu.
z dupplex supinu. s. absconsum.
l'. absconditum. vn̄ in doctrinali
dr̄. abscondo ~~abs~~ dat. itu. gemi

nans. di. n̄o geminans. si. z ē idē
q' occultare. z ꝯponit' ab abs. z co
do. dis. vn̄ absconditus. l'. absconsus.
sa. sum. oooooo ~ oooooo ~ oo.
Abrutus. ta. tu. dr̄ ab aliquo rup
tus. l'. separatus. z dr̄ abrumpo.
pis. q' est separare. l'. ab alio rumpe.
Item abruptus dr̄ ualde eminens.
z excelsus. z tunc dr̄ abruptus. q̄si
ab rapt'. i. absq̄ consensu hom
raptus. z ꝯparatur: abruptus. ab
ruptior. abruptissimus. ooooo.
Abstrudo. dis. abstrusi. z abstru
de. dr̄ includere. abscondere. z ꝯposi
tum. ab abs. z trudo. dis. q' ē im
pellere. z impigere. i. custodiam indu
dere. z ita exponit huguitio. oooo.
Acaluiaster dr̄ caluus. ab antio
ri. sicut recaluiaster a posterio
ri. declinatur: acaluiaster. tra. trum.
similr̄. z recaluiaster. z h'nt formā
diminuti. sicut parasitaster. z catu
laster. oooooo ~ oooooo ~ oooo ~
Acharis. i. n̄ gratiosus dr̄. ab a.
q' ē sine. z caris q' ē gr̄a. Item
caris ꝯponit' cū eu. q' est bonum
z dicitur eucharis. i. bene gr̄osus.
Item compō cum epi. q' est supra. z
dicitur epicharis. i. sr̄ gratiosus.
i. plusq̄ alii gr̄osus. z n̄o qd' oīa
ista q̄ reducuntur ad formā lati
nam scribunt'. p. e. licz apud grecos
scribantur p. k. z dic hug'. q' declina
hic z hec acharis. z hec eucharis. hui'. dis.
z similr̄. epicharis. hui'. epicharidis. z inde
secun priscianum q' art'. in is. declinen'.

Parasitaster dr̄ puus pasit'. sicut catula sr̄ puus catulus.

h'. dis. z h'.

gra. si in genitiuo greco consonantem
habuerint. an. os. o in .i. mutant.
et faciunt genitiuum latinum. ut symo
ois. symoitis. adonis. adonidis.
doris. doridis. thetis thetidis. eu
charis. eucharidis. epicharis. epi
charidis. Item dicit papias. ubi agit
de nominibus tercie declinationis que termi
nantur in .is. greca. hinc causa eam
dem terminationem genitiui quamque apud
grecos habent seruant apud latinos.
Sed uidetur quod hec nomina in latinam
formam translata possunt declinari
secundum communem formam latinorum adiec
tiuorum. ut dicatur hic et hec acharis
et hoc achare. et sic de aliis.

Achates est proprium nomen uiri. Item
achates. tis. sicut dicit ysidorus.
xvi. ethimologiarum. gemma est reper
ta primum in sicilia iuxta flumen
eiusdem nominis. postea plurimis in terris.
et papias addit quod habet in medio
circulos nigros. et albos iunctos.
et uarios. et huguitio dicit quod red
dit hominem gratiosum.

Acheldemac. i. ager sanguinis.
componitur ab achel quod est
ager. et emach quod est sanguis.

Aceruus dicitur strues congeries.
moles. cumulus. seges. con
gestum. uel congregatum. ut dicit papias.

Aceruus mercurii. de quo habetur
prouerbiorum xxvi. b. est cumulus la
pidum. uel fabarum. uel denariorum.
siue aliarum rerum. ubi lapis. uel faba.
uel denarius ponitur pro solido.
uel libra. uel marcha. et dicitur aceruus mer
curii. qui propter eloquentiam. uel discretionem
preesse mercatoribus dicebatur. quibus ista
duo necessaria sunt. Vnde mercurius dicitur quasi
mercatorum kurios. i. dominus. qui in aceruum istum
poneret aliquid. confunderet totum
compositum. cum quelibet unitas multa
representet.

Acetabulum. uel acetarium. est
uas aceti. Vnde exodi. xxv. b. ubi
fit mentio de acetabulis. dicit
glossa. quibus acetum ferebatur. Sed quia
numquam aut raro occurrit de oblatione
aceti. sicut dicit magister in hystoriis.
quidam dicunt acceptabula. ubi s. fun
debant a sacerdotibus que debebant offerri.
ut uiderent utrum accepta. i. ydonea
essent. an non.

Acies ab acuo acuis dicitur. et significat
extremam summitatem ferri. acumen
oculorum. et exercitum. eo quod cum acutis
armis tendat ad bellum. Vnde uersus.
de grecismo. Luminis est acies. quia lu
men reddit acutum. Militis est
acies. quam non est sepe tutum.
Est acies gladii. solidum facit illa solu
Acinus ab aceo. ces. dicitur. [tum.]
i. granellum uue. Vnde pauli
nus. Exprimit humentes aci
nos. succumque licantem. Istud
exemplum ponit priscianus. In
maiori tamen aliqui dicunt. hoc aci
num. uide infra. ubi exponitur uua.

Acidior. accidiaris. Sed papias
dicit indignari. stomachari.
ponitur pro anxiari. uel tedio affici.

Ca. xi. [left margin]

accidia [right margin]
accide [right margin]

& dr ab accidia. que est tristicia. anxietas.
molestia. ul' tedium. sic dicit huguito.
Vn accide. adurbium. i. moleste. anxie.
tristanter. ul' tediose. accidia d' dr ab
acci. grece. quod e cura. lat.

Accinge. conponitur ab ad. & cingo. gis.
& e accinge. ualde cinge. preparare. ad
ornare. Et no' sed huguitoem. q' acci
guntur bellatum. precinguntur ituri.
succinguntur ministrati. In gcismo d'
scribitur. Cingor ad h' opus. ut succeam
succingor iturus. accingor gladio. precin
gor gausape sumpto. Gausape sicut dr
huguito. mantile & inuenitur p quod
genere palli. q' mentile. mensale. inforum.
& mappa idem significat. Jte mtile de uas el.

Ca. vij. Accipiter. tris. sicut dicit ysidor'. carum
iux ethimologiam. auis e animo
plus armata. qm unguibus. uirtute
maiore in minimo corpore gestauit. h'
ab accipiendo. i. a rapiendo. nomen sup
sit. est. n. rapiendis alus auibus. auid'.
ideo q' uocatur accipiter. i. raptor. Vn &
paulus dicit. sustinetis. n. si quis acci
pit. i. rapit. & subdit ysidorus. Fertur ac
cipitres circa pullos suos impios e
nam quedum uiderint eos posse tempta
re uolatus. nullas eis prebent escas. s'
uberant pennis. & a nido precipitant. at
q' teneros compellunt ad predam. ne
forte adulti pigrescant. & debet scribi
& proferri accipiter. & numq' ancipiter.

De prisciano accipitur. Accitus. ta. tum. i. aduocatus. & dr
ab accio. cis. q' est aduocare. & com
ponitur ab ad. & cio. cis. Et no' q' cio.
cis. & cieo. cies. hnt idem preteritum. sic
dicit priscianus. s. ciui. & idem suppi
num. s. citum. Differunt a' in pone
tone & correctoe supini. q' citu.
acio producit primam sillam. acieo.
corripit. vn vsus. a cieo. citum n
uenit. imo citum. Significatoes
istorum uerborum possunt haberi per hunc
uersum. Per cio. cieo. moneo. uoco.
congrego. signo. Accire itaq' significat
aduocare. ul' appellare. & dicit hu
guito. q' antiqui in tali compone
solebant mutare. d. [illegible] in. r.
ut aruolare. aruenire. arcire. sed
nos dicimus aduolare. aduenire.
accire. mutantes. d. i. c. sequente
c. ab arcio. secundum antiquos. habemus
uerbum desideratiuum. arcesso. arcessis.
s' quia arcesso. descendit ab arceo.
ideo causa differencie mutatum e
primum. s. in. r. in eo. q' descendit
ab arcio. & dr arcesso. arcessis. Jtem
ab accio. moderno formatur ac
cesso accessis. s' quia ab accedo.
accedis. similiter descendit accesso.
ideo causa differencie in eo q' uenit
ab accio primum. s. mutatur. in
r. & dicitur accerso accersis. Jnue
nitur & aliud uerbum ab accerso.
descendens. quarte coniugatois.
in eadem coniugatoe cum eo. s.
accersio. sis. Vn uade & accersi sy
monem. & hnt omnia predicta desidera
tiua preterita & supina ad mod'
quarte coniugatois. cum tamen sint
tercie. Vn scribitur in doctrinali.
so. sim. sitium q' facit. s' deme capesso.

v Qz sisum qz facit· sic in so· sic qz
facesso· pinso qz preteritum p. vi
formendo dat istum· It aliq vsus
accerso cupio· sapio peto· quero
lacesso· Quarte preterita retinet
prit qz supina· accesso socies acc
so qz iungere debes·

Accola· scdm papiam multa
signt· dr· n· accola· finitim'·
vicin' ~~alienus~~· ppinq'· alienus·
ciuis· affinis· cultor loci in quo n
est natus· cultor alienus· & dr
ab accolo· accolis· q significat
hitare· ul arare· sicut dic hug'to·

Acomentarius· nomen inde
clinabile· gmunis gnis dr·
qui in re regis agebat· cuius in
dicto leges scribebantur· Ita dic
glo· ij· R· viij· In hystor uo dr
scriptor gestor tpis· Item super
illud· ysa· xxxv· Joahe filius asaph
a gmentarius· dicit glo· i· can
cellarius· in hystor u dicitur
scriba· cancellarius· & inueniun
tur multa talia noia· ut h & h
abatis· media correpta· qui cu
batis diuidit ancnam· batus
dicitur gnender· i gallico· a ca
licalis· custos calicum· ul cali
culor· sicut solent hre diuites·
a secretis· i· secretarius· simulit·
a responsis· & multa alia· & sunt
omnia indeclinabilia· ad hndu
aut originem h nominis· a co
mentarius· sto q gminiscor gmi
niscis· gmentus sum· gminisci·

signt gmemorare· ad memoriam
reducere· excogitare· ad inuenire·
fingere· mentiri· ul gponere· ita dr — gminisci
huguito· vn h commentu· i·
ficus· mendatiu· machinamet
inuentu gfictu· gpositum· Item — gmentu
gmentu e plinm studio· ul doct
na in mente hitor· in unu collo
vn gmentarius· a· um· i· expoi
torius· & inde per gpotoem dicit
a gmentariu·

Acus ab acuendo dr· qz acuta
est· Instrumentu e suendi·
de ferro & calibe· Item acus dr
spinter· cum quo moniales ad
aptant uela sup capita sua· ne
cadant· & aliquee delicate mulie
res solent ponere i peplis suis·
& fit de cupro ul alio metallo· ac
& uocatur instrument cum quo
discriminat crines suos· & dic
pris· q acus quarte declinatois
e· q tam masclini q femini in
uenitur· In usu modno e tn fe
minini gnis· Dicitur & hic acus·
acis· purgamentum frumenti·
vn· uersus· Gibn cuncta notes — v
acus· h· h· h· vn dices· hic de frote
pilos trahit· gcornat q capillos·
h est sutoris acus· h purgatio
farris· primus pponi tn h uolu
ere moderni

Aculeatus dicitur aculeo mu
nitus· sicut e apicula· est
aut aculeus genus tormenti·
ad modum acus acuti· & e aculeo

stimulus. c̄m geruntur anancia a
culeata. ⁊ dicitur ꝑse. quia pauci in
ueniunt diminutiuā q̄ nō fuerit
gn̄a ꝑtinētiū. ut rana ranunclē.
canis. canicla. scirtum. ul' scuta. i
forma rotunda. scutula. ⁊ scutella.
⁊ h̄ cistulus. cancellum. pistrinū. l' pistri
la. h̄ acus. h̄ aculeus. ⁊ p̄ anguis.
anguilla. unguis. ungula. nube.
nubilum. q̄ magis denōiatia sunt
estimanda q̄m diminutiua. q̄ppe.
n̄ h̄nt diminutiuoꝝ significatōez.
s; tm̄ formam. p̄ panus. panicla.
pbus ⁊ ponit. h̄ gladium. h̄ glan
dula. pars ē intestinoꝝ. ensis. en
siculus. ⁊ ensicula. p̄ h̄ betamal
ua. betaceus. maluaceus.

Ortus de corbis ul' canistrū.

accubitus.

Accumbē ē toto corpe. cubito
accumbē ⁊ ppē in comestione.
ita exponit eugutō. vn̄ h̄ accu
bitus. omia descendunt ab hoc v
bo cumbo. cumbis. cubui. cubitū.
q' nō est in usu. s; ab eo cōposita
v̄b̄ frequentantur. q̄ cum suis sig
nibz. in huis usibz annotantur.
⁊ sumuntur de gcismo. Sicu
bat. in cumbit. mutetur ⁊ addi
dis. g. luxia dis. ⁊ ex cōcedunt. ab
sb. sbiacet. hosti. orat. pro. re. iacz.
obit. ob. delanguet. in. istat.

Ca. xiij.

Adamas sicut dicit ysidorus xvi.
ethimol. inditus lapis est
paruus ⁊ indecorus. ferrugineum ha
bens colorem ⁊ splendorem cristal
li. nunq' autem ultra magnitudinem un
clei auellane repertus. h̄ nulli cedit

Calamita ē quedā lapis attrahens.
⁊ inuenitur satis magnus ⁊ ē nautis
necessari. quia simplices adamantē putant.

materiei. nec ferro quidem. nec igni
unquā incalescit. vn̄ ⁊ nomen
accepit. interpretatōe greca indomi
ta uis. s; dum sit inuictus igni
ferri quia contemptor. hyrcino rum
pitur sanguine recenti. cuius ⁊ calido.
fragmenta sculptores pro gemmis
insigniendis ⁊ pforandis utuntur.
attrahit ferrum ⁊ dicit phisiologus.
qd' in monte quodam in oriente.
inuenitur. ita tn̄ ut noctibz q̄rat.
non per diem. quia nocte lucet ubi fuit.
p dies autem non lucet. quia sol ob
tundit lumen eius.

Adar dicitur martius mensis.
Et nō quia beda dicit in cōpoto su
o. in tractatu de mensibz. hebrei qbz
tradita sunt eloquia dei. antiquo
more menses obsuare nō cessant.
primum mensem nouoꝝ qui pas
che terminus sacratus ē. nisan
appellantes. qui ꝑp̄ uarietatem
lune discursum. nunc i martium
mensem. nunc incidit in aprilem.
nunc aliquot dies mensis maii
occupat. s; rectius aprili deputatur.
quia semper ul' in ipso incipit l'
desinit. ul' totus includitur. Secūdus
mensis iar dicitur s. maius. tercius silā.
iunius. quartus. thamuz. iulius.
quintus. ab augustus. Sextus.
ebul. septembr. vii. teseri. october.
quem ꝑp̄ collationem frugum ⁊ celeb
ritas in ipso festiuitates nouum
annum appellant. octauus mare
suan. s. nouemb. nonus casleu decēb.

Decimus thebeth ianuarius. Unde
cimus sabbath februarius. Duode
cimus adar marcius. Et nota quod in principio
citur quotiens in scripturis sacris
sive in lege sive ante legem quota
die mensis quid factum dicatur. Nisi sit
indicatur, non aliud quam lune etas
significatur. A qua semper hebrei menses
observare non cessant. Inde est quod quandoque
incipiunt menses suos in principiis
mensium nostrorum, quandoque in medio, quandoque
in fine. Nomina et ordo predictorum mensium
possunt haberi per hos versus. Men
sibus hebreus hec ponit nomina nisan
ac iar et siban. Ac iar et siban tha
muz ab ebul teseri quod maresuan
casleu thebeth thebath simul adar.
Inchoat aprilis sed marcius est ibi

Adeps dicitur pinguedo et est (similis.)
intrinseca proprie pinguedo in super
carnem. Aruina vel lardus dicitur que
carni annexa proprie pinguedo. Et in
intestinis adeps. Unde versus: Intus
adeps, arvina foris, pinguedo que
iuncta. Et sic dicit magister in histo
ria (Triplex adeps.) ~~magister~~ Triplex est adeps in talibus:
adeps scilicet cordis et ventris, adeps
scilicet iecoris id est epatis quem reticulum
dicimus quod involutum est ad modum
rethis, adeps renum. Hos tres
adipes duos quoque renes id est ilia et
renunculos adolebat sacerdos super
altare. Huc usque sunt verba ma
gistri. Item adeps dicitur medulla tritici
que est interius pinguior pars et decli
natur hic adeps adipis.

Admissum dicitur ab admitto ad (admitto)
mittis, quod multa significat. Admittere
in idem est quod peccare. Unde admissum
dicitur peccatum. Item admittere dicitur allicere
et quadam velocitate et agilitate
equum vertere et ducere. Unde admissius
sa sum, id est velox, cursus vel velox.
admisso sudet calcar equo. Et admis
sus sa sum id est aptus ad admittendum.
Unde fortes et bonos equos admissarios
vocamus quia admittuntur ad coiti
onem armenta. Unde hec admissura re.
dicitur quando bruta animalia et proprie iumenta
ad coitum admittuntur. Istas sig
nificationes ponit huguitio in diriva
tionibus suis. Serotina autem admissu
ra ut tangitur in hystoriis erat
ea que fiebat in extremitate veris
in qua deteriores erant fetus quia
in tarde appetentibus coitum iniu
ngitur vel serotina admissura
dicta est in autumpno quia natura
ovium mesopotamie et ytalie
eadem esse traditur ut bis in anno

Adoleo, les, adolevi vel (pariunt.) (adultus.)
adolui, adolere, adoletum vel
adolitum pro quo utimur adultum
significat cremare, comburere, incendere et (adolescens.)
crescere. Unde adultus ta tum id est cre
matus vel excretus. Et in ista ul
tima significatione invenitur adul (adolescencia.)
tus frequenter in sacra scriptura. (adolescentulus.)
Et ab adoleo dicitur adolesco cis verbum (diuisio etatis
inchoativum, a quo adolescens humane.)
et est omnis generis. Unde hec adoles
cencia et adolescentulus la lum.

diminutiui. Et n͞o q͞d sex sunt e
tates hominis. quarum p͞ma ē in
fancia. usque ad vii. annos. exinde
usque ad xiiii. annum est sc͞da etas.
s. puericia. i. pura. nec dum ad gigne
dum apta. vn͞ puer . q͞i purus
aer. d͞r a puritate. quia purus ē.
7 nec dum lanuginē 7 florem ge
narum h͞t. Tercia etas ē adoles
cencia. ad gignend͞ apta. 7 adul
ta. que ꝑtenditur usque ad xx͞
viii. annos. Quarta ē iuuentus.
firmissima o͞im etatum. finiens
in quinq͞g͞ anno. Quinta ē se
nioris. i. grauitas. q͞ ē declinatio
a iuuentute ī senectutē. n͞ dum
senectus. s͞ȝ iam n͞o iuuentus. s͞ȝ iā
senioris etas ē. q͞m greci uocant
p͞sbiter. Nam senex apud grecos
non geron. s͞ȝ p͞b͞r d͞r. que etas
h͞r quinquag͞ anno incipiens ī
septuag͞ t͞minatur. Sexta etas
est senectus. que nullo annorū
t͞minato nu͞o finitur. s͞ȝ p͞ .v.
illas etates. q͞ntumq͞ȝ uite ē seni
tuti deputatur. Senium est ul
tima pars senectutis. sic d͞cā q͞ sit
terminus sexte etatis. Istam diui
nem etatis hominis ponit ysid͞.
Ca. ii. xi. ethimol͞. q͞ conponitur aūt a dolor.
ab. ad. 7 oleo. oles. olui. vl͞ oleui. oli
tum. i. fetere.

Adonis. a domdis. 7 non adomdes.
ut quidā dic͞t. s͞ȝ male d͞r ab
adon. q͞ ē suauitas. de quo dicit. o͞.
methamor͞. x. abstinet ē celo ce
lo p͞fertur adonis. loquit͞ ibi de uene.
fuit aūt amasius ueneris. q͞ aper ab
ip͞o uulneratus interfecit. vn͞ ī eod͞
libro d͞r. Trux aper insequit͞ tortos
q͞ sub inguine dentes. addidit 7
silua. moribundus strauit hare
nas. cuius anniu͞sariū uenus insti
tuit celebrari. vn͞ sequit͞ in eod͞
libro. luctus monumenta manebūt.
Semp adonica repetita q͞ mortis
ymago. Annua plangoris p͞aget
simulamina n͞ri. Idmi aūt dicit sic.
Quem nos adonidem. hebrei 7 siri
thāu uocant. fuit aūt iux͞ fablās.
amasius ueneris. iuuenis pulch
rimus. qui post occisus ī men
se iulio. deinde reuixisse narrat͞.
vn͞ eundem mensem cuius noīe
appellant thamuz. 7 anniu͞sarium
ei celebrant sollempnitate in q͞
plangitur a mulierib͞ȝ. q͞ mor
tuus. 7 postea reuiuiscens. cani
tur atque laudatur. dalic dic
glō. act͞ xxvii. regio ē nom̄ cuidā
freti ī tyreno mari. s͞ȝ mag͞ inde
nom̄ illius t͞re de qua adriaticus
sin͞ uocat͞. ali͞ adria pl͞r pro scoplis
accipit͞. 7 i͞o putabant nauti regi
onem appere. in libro hebreorum nom͞
adria. continens mala. 7 locus ma
lorum dicit͞ ul͞ sus. adria t͞r scopuli. sit
7 adria t͞ra t͞re tuum q͞ȝ. vn͞ adriatic͞.
ca. cum. i. petrosus. ul͞ de adria t͞ra
existens. l͞ ad eam ꝑtinens.

Adiemon urbs iux͞ iezrahel in
campo magiedon. in quo iosias

rex uictus a pharaone nechao et
uulneratus est. pro quo lamentationes
Ie. Ita dicit glo. za. xii. Scribitur et
ista hystoria .iiii. reg. xxiii. a. ubi dicit
glo. Iosias uulneratus est in campo
mageddon unde et statim mortuus
est. luxit que eum populus multum.
Ie. maxime tunc .i. dicitur ita la-
mentasse. Quomodo sedet sola ciuitas
plena populo. De hoc planctu dicit zachar.
xii. Erit planctus magnus in ihe-
rusalem sicut planctus adremon. quod
est nomen loci uel regis. qui tunc
regnauit in carchamis. in cuius auxi-
lium iosias uenerat aduersus nechao
regem egypti. Uerba sunt glose.

Adulterium Adulter. qui ad alter dicitur. quia ad al-
terius uxorem accedit. uel quia
ad alterius thorum accedit. quod idem est.
Et non sic scribitur in .iiii. sent. quod
adulterium est illicitus coitus cum
Stuprum maritata. Stuprum est defloratio
Incestus uirginis illicita. Incestus est cum
consanguinea. uel affini. uel religiosa
persona. Raptus est cum puella uiolen-
ter educatur de domo paterna. For-
nicatio communis est ad omnia ista.
sit tamen specialiter cum soluta .s. cum uidua.
meretrice uel concubina.

Adulterine plantationes. iiii. sap.
dicuntur meche plante. siue non na-
turales. et istam literam multum appro-
bat aug. ~~…~~ in .ii. li. de doctrina
christiana. sed rabanus et antiqui dicunt.
ibi spuria uitulamina. cuius litera expo-
netur infra in suo loco.

Aer exponitur infra ubi exponitur ether.

Afficere. multa mala significat quod
habetur per istum uersiculum consimi-
li. Afficit. informat. punit. cupit. hec
tria significat. afficio quod frequens. hinc
pro cupio reperitur. Inde consimilis affec-
tus mentis. sed corporis esse uoluntas.
dicitur at uelle si dicas est utriusque.

Affectus secundum papiam est animi con-
iunctio. amicicia. fedus. socie-
tas. dilectio. caritas.

Affligo. gis. componitur ab ad. et
fligo. gis. flixi. flictum. et fligo.
gas. inuenitur in eodem sensu. scilicet cruci-
are. dissipare. deuastare. destruere.
ita exponit huguitio. sed simplicia
non sunt in usu. unde per compositionem dicitur
affligere .i. ualde fligere. inde afflictus.
et afflictio.

Affricus sicut ait papias. uen-
tus est a meridie flans. a propria
regione uocatus. In affrica .n. prin-
cipium flendi sumit et corripit
affricus penultimam. sicut et affrica.

Agger. aggeris. secundum papiam | ca-
dicitur strues. congeries. acer-
uus. moles. monticulus. uel cuiuslibet
rei acuatio. unde fosse et ualles pos-
sunt repleri. et dicitur agger. ab aggeran-
do. Et dicitur quod agger est media stra-
te eminencia. coaggeratis lapidi-
bus structa ab aggere .i. coacuatione
dicta. quam hystorici uiam militarem
dicunt. Secundum huguitionem dicitur ab aggero.
aggeris. quod est adunare. uel accu-
mulare.

Aggestus dr cumulus. l. aduna
tio. ab aggo aggis. qd e adunare.
ul accumulare.

Agite aduerbium hortandi e. de
quo priscianus ait. uidetur h
aduerbium age. plalem here. s. agi
te. virgilius. in. viii. eneid. Ergo
agite o iuuenes tantarum munere lau
dum. et in ista significatione uidet
accipi. Jac. v. Agite nunc diuites
et e. verbum gerisimi plibz est agite. ad
dic age solv. et totiens agite dic
to. sicut age.

Agon dicitur certamen. l. pugna.
et dicitur ab ago gis. scdm hu
guitionem. ul dr ab a. qd e sine. et go
nis qd est angulus. qi sine an
gulo. quia in loco rotundo fiebant
agones. et declinatur h agon. h
agonis. In scdo. a. machab. iv. c.
quinquennalis agon. dicebatur certa
men. qd fiebat de quinquennio in
quinquennium. uel medius annis na
cantibz. quod a. h certaminis olimpias
dicebatur. quia sub olimpio mon
te agones hi primo st instituti.
ab hercule. vn theodolus. excedit
laudes hominum qui primus ago
nes instituit fieri sb uertice
montis olimpi. uel medius annis.
sed papiam mouebantur homines.
ut conuenirent ad agonem. ysi
dorus ethimol. v. dic. qd apud elidem
grecie ciuitatem. fuit olimpias gstitu
tuta. in idem redit. qd elys ciuitas
erat iuxta olimpum. l. in pede montis.

Agonia idem e qd agon. It scdm
huguitionem agonia dicitur
uigor. ul fiducia. ul et uictima. l.
hostia. et p in leone. penultima
corripi ul produci. quia nothum e.
et dic huguitio. cum quo oms boni
magri consentiunt. qd nothum nom.
quia a greco descendit. penultimam
pt producere. apud grecos. n. i mltis
uocal ante uocalem producitur.
Sz cum ad formam latinitatis re
dactum e. pt corripi in legendo apud
latinos. n. uocal ante uocalem
no producitur. n i paucis. In his g
nominibz. agonia. scenophegia
neomenia. et gsimilibz. usum ecce
teneas. in qua legis. ut penulti
mam corripias. ul pducas.

Agonizare. i. certare. ab agone dr.

Agnus sicut dr in hystor.
sumitur. de. xii. ethimol. dr ab
agno qd e pius latine. deriuat
ab agnoscendo. quia si in magno
grege errauit. solo balatu matrem
agnoscit. Jo sicut dr in hystor.
pro passione. dr xpc. agnus. quia i
pius donans nobis pacem. agno
uit patrem obediencia. et matrem cura.
Et h est una causa quare in imolatio
ne altaris. ter dicitur agnus dei.
q. d. agne. qui agnouisti patrem.
miserere nob. Qui optulisti te pro
nobis. dona nobis pacem. Nota
uersus gerisimi de uocatiuo can.
vt sit in e pplus. fili deus agne ul
agnus. dic pelagus. fluuius. gnus

No regula de nothis nominibz que eminantur in. ia.

Agnus. Ca. j.

Quare xpc dr agnus

Agne qui agnouisti matrem qui nobis

iuc. albicias. uel degeri. o ppls dr
lucanus. & illud. Corrig. hesprid
fluuius aquarum regnator.
Alabaustrum unguentum dr
pixis. de alabaustro. q continz
unguentum. Est & alabaustrum.
sic dr in hyst. genus de marmo
ris candidi. & pbatici. uariis co
loribz intincti. q incorrupta ser
uat unguenta. & sumptum e
de ysidoro ethimol. xvi.
Alacer scdm papiam dr gaudens.
fortis. expeditus. hylaris. ue
lox. vn alacer. q aliger. a uelocit.
Alapa dr colaphus. vn h alapa
dr ille qui alapas patiendo
iustum acquirit. vn alapo pas
& alapizo zas. i. alapas dare.
ita dicit huguito.
Albugo. ab albo dr glauci
tas. uel albedo oculorum. uel ues
tilis membrana. uisum ipediens.
tenuis pellicula. thob. xi.
Alimentum. i. nutrimentum.
alimonia. idem & dr. ab alo.
alis. alui. ale. q est nutrire.
& scdm pscianum facit altum. uel alitum
in supino.
Alta sicut ait papias. in in
dia atque arabia gignitur.
arbor odoris suauissimi. atque
summi. Denique lignum eius prius uice
thimiamati altaribz adoletur. vn
& nomen traxisse creditur. Item
scdm papiam. & ysidorum ethimol.
aloe est herba amarissimi succi
& constringit. succus ille ad mo
dum picis. & fere e eiusdem colo
ris. & est ualde medicinalis. & pt
declinari. h aloe. h aloes. tum pro
arbore. tum pro herba. tum pro suc
Allegoria est tropus. quo |co.
aliud significatur. qm dr.
Et iam tempus equum fuman
cia solue collo. i. carmen finire.
ita scribitur in barbarismo. & er
sacra scriptura. iiii. modis expon.
s. hystorice. allegorice. anagogice
& tropologice. Videndum e quid
sit hystoria. quid allegoria. q ana
gogia. quid tropologia. Hys
toria sicut ait ysid. in primo ethi
mol. e narratio rei geste. p quam ea
que in preterito facta sunt. dignoscg.
Dicitur aut hystoria. ab hystorin
grece. q est uidere latine. uel cog
noscere. apud ueteres. n. nemo
conscribebat hystoriam. n. is qui
interfuisset. & ea que scribenda cont
uidisset. uerba sunt ysidori. & sequi
ibidem. Genus hystorie duplex
est. Ephemeris namque appellatur
uniuscuiusque diei. h apud nos diarium
uocatur. Iam q latini diurnum.
greci ephimida dicunt. kalenda
ria appellantur. que in menses
singlos digerunt. annales sunt
singulorum annorum. Inter hystoria
aut & annales h interest. q his
toria est eorum temporum. annorum
q etas uidit non nonnumque. Alij dnt.
q historia dr ab hystoron. q est

Tropus appellatur modus loquendi. ut continuus loquimur methaphorice.

Ca. xxxviij.

q uidimus. Annales uero sunt eorum

gesticulator. unde et histrio dicitur ges-
ticulator, id est gestuum representator.
Quid sit allegoria supradictum est.
Est enim de uno ad aliud sermonis
transumptio. Unde dicitur allegoria
ab alleon quod est alienum et gore
quod est dictio vel locutio, quasi aliena dic-
tio vel locutio, quia aliud dicitur et ali-
ud intelligitur. Et notandum quod
allegoria sumitur multis modis.
Quandoque a persona, ut ysaac significat
christum. Quandoque a re que non est persona,
ut aries occisus significat carnem christi
passam. Ideo dico a re que non est
persona. Est enim persona rei rationalis
individua substantia. Quandoque a loco, ut
quia christus predicaturus ascendit
in montem, eminencia loci significat
eius sapientie eloquenciam vel excel-
lenciam. Quandoque a numero, ut apprehen-
dunt vii mulieres virum unum,
id est vii dona gratiarum christum. Quandoque a
tempore, ut non sit fuga vestra in
hyeme, id est in gelicidio caritatis.
Quandoque a negocio vel facto, ut interfectio
golie a david interfectionem dyaboli
a christo significat. Anagoge
sicut dicitur in prologo auctore est
species allegorie. Inter hanc autem
et illam distinguitur quod allegoria
est misticus sensus pertinens ad
militantem ecclesiam. Anagoge est mis- Ro
ticus sensus pertinens ad ecclesiam
triumphantem. Et nota quod anago-
ge locutio de terrenis que pro terrena
dat intelligere supercelestia, ut in

illis verbis apostoli: iherusalem que sursum
est mater nostra. Sic enim loquitur quasi
de terrena iherusalem et intelligit ecclesiam
triumphantem. Unde et anagoge dicitur
ab ana quod est sursum et goge vel go-
gos quod est ductio, quasi sursum duc-
tio, id est ab illis terrenis ad ea que sur-
sum sunt. Tropologia est sermo
conversus ad edificationem anime
et bonorum morum informationem. Et
dicitur a tropos quod est conversio et
logos quod est sermo, quasi conversus ser-
mo vel sermonis conversio. Sicut cum
dicitur quod per david interfecit goliam
designatur quod humilitas deicit
superbiam vel sapientia vincit maliciam.
Et ut nostra supradicta breviter compre-
hendas: hystoria docet factum, tro-
pologia faciendum, allegoria cre-
dendum vel intelligendum, anago-
gia appetendum. Exemplum de omnibus
his potes habere in hac dictione iherusalem.
Historice enim nomen cuiusdam civita-
tis est; tropologice typus est anime
fidelis; allegorice figura est ecclesie
militantis; anagogice typum
gerit ecclesie triumphantis.
Alleluia multas habet expositiones,
quas recitat hugutio dicens:
alleluia interpretatur laudate ya no-
men domini. Ieronimus dicit alle, id est cantate,
lu id est laudate, ya id est dominum. Ambrosius: alle
id est lux, lu id est virtus, ia id est vita an-
gelorum. alle id est salvum, lu id est me, ia
id est domine, quasi salvum me fac domine, vel dicat
salvum me domine. Gregorius: alle pater, lu

Ca. j.
De x. noibz di dicitur apd hebreos.

filius. ya. sps scs. Inde alla dr qi pr
z filius z sps s. s; papias ita dic.
alla sigt laudate. siu clarificate
dnm. in uno. Jte. alla. laudate dnm.
Idem alla. duor ubor. interptato e.
hec e laus dei z est hebreum. Ya. n.
unum e de decem noibz quibz apud
hebreos nominatur ds. ista decem
noia ponit ysid. in. vij. libro ethi
mologiar dicens. Primu nom
dei apud hebreos dr el. qd alii dm.
alii ethimologiam eius ponentes.
sanos. i. fortem interptati sunt. Scd
nomen eloi. Tercium eloe. qr utruq
in latinum dicit ds. Est aut nom
in latinum ex grca appllacde tns
latum. Nam ds grce theophobos
dicitur. i. timor. vn tractu e ds.
qui e timor colentibz eu. Quart
nom dr sabbaoth. qd uttitur i la
tinum exercituum. ~~qr excelsus ds~~
~~z e.~~ sive uirtutu. Quintu e elyo.
qd interptatur in latinu excelsus.
quia excels ds z e. Sextum nom
e eleie. i. qui e deus. n. solus.
qr eternus e. i. exordium no ht cen
cie. Ve nomen tenz s opatone. i.
eius ~~tem~~ qui uere e. qr inmuta
bilis e. que mutablia sti. sunt.
qsi non sunt. Septimu e adonai.
qr gnalit interpretatur ds. eo qd
dominetur cuncte creature. Oc
tauum ia. qd i deum tm ponit.
qd z in alla. i nouissia silla so
nat. Nonu tetragramathon.
i. iiij. litterar. qr pprie apd hebreos
in deo ponitur. Ioth. he. vau. he.
i. duabz ia. que dupplicata ief
fabile illud z glosum dei nome
efficiunt. Dicitur aut ineffablis.
n quia dici no pt. ~~s; quia dici no~~
~~pt.~~ s; quia finiri sensu z intellcu
humano n pt. z io qr nichil dig
ne de eo dici pt. ineffablis e. Deci
est sadai. i. omps. quia omia pt.
z omia ipius sit q ubiqz sut alla.
hebraicum e. sicut dcm e sup. qr z
ondiur infra ubi exponitur ame.
z ht acutum accentum in extre
ma silla. iux illos usus. Omis
barbara uox. no declinata latine.
accentu sup extremam suabit
acutum.
Alietus quidam avis e. ut
dicunt. esmerillon gallice
de quo scribitur i aurora. Optim
assiduas alietus corpe uires.
sunt z aues minime pdacibz qr su.
Aliequin pducit penultima vn
oratius. sitarius ait aliequin.
Aliqn. siqn. neqn. htnt ac utu
accentum s ante penultiam
sillam. licz naturali penultima
pducatur. vn dicit priscianus. v
tractat de adubio. qn simplex z
ex eo composita omia. aliqn.
siqn. neqn. que z infinita sunt.
z ante penultimo acuto pfunt.
quo z abinde composita. exinde.
pinde. subinde. deinde. pinde.
Allia dicunt. qsi olida. ab olendo.
quia olent. quida male dign.

Allea pro allia p̄ſus· p̄ dem̄ ē ma
ne caput guſtaui ſ alli· i· allij· a
pocope ē figura· Item alij uſus.
Allia· uina· uenus· puluis· uentus·
faba· fumus· ⁊ ignis· Iſta nocent
ocul' ſʒ uigilare mag'·
Allicio· allicis· allexi· l' alicuj·
Allicere· i· attrahe̾· cum delc̄gatiōe·
puocare ad ſe· et componit̄ ab
ad· ⁊ licio· licis· licui· l' leci· licere·
licitum· l' lectum· i· trahe̾· ſʒ n̄ ē
in uſu·
Allice dicitur quaſi aliquid le
ce ⁊ ponitur p̄ tende·
Allophilus d̄r alienigena· ſic̄
philiſteus· ⁊ paleſtinus· ⁊ d̄r
ab alleon· q' eſt alienum· ⁊ phi
los· qd' eſt amor·
Alluuio· alluuionis· ⁊ h̄ allu
uies· alluuiei· ⁊ h̄ alluuiū·
dicitur aquoſitas aquaꝝ· inū
dancia· ꝯſumptio ripaꝝ ex aq̄s·
unde iob· xiiii· alluuione t̄ra
paulatim ꝯſumitur· ⁊ d̄r ab al
luo· aluis· q' ē alluere· ul' delauare
l' potius paulatim abluendo
augmentare· abluo a' ꝯponit̄·
ab ad ⁊ luo· luis· qd' ē detur pare·
maculare· purgare· delere· punire·
p̄ſolue̾· ſuſtinere· couer̄ ⁊ tunc ē
brutoꝝ· ita dicit huguitio· vs· de
ꝯſiſmo· Ere luo pignus· penas
cruce· luce tenebras· d̄z ⁊ lue̾ qu
ſalitur ouis·
Qd̄ de diuiſis nomībʒ ī lege
Altare ꝯpoſitum ē ab altus·
ara· tum· ⁊ ara· eſt alta ara·
⁊ h̄ altarium idē· ⁊ h̄ altar· unde
prudentius in libro hymnoꝝ· oībʒ
altar impoſitū· Altare p̄cepit
dn̄s fieri de lignis ſethim· q' dicebā
holocauſti· l' holocauſtoꝝ· ⁊ poſſet
dici ſacrificioꝝ· ſʒ a digniori nomē
accepit· ⁊ erat quinq; cubitoꝝ
in ſupficie p̄ quadrum· ī altitu
dine trium· ⁊ erat ꝯcauum ad in
ſtar arche· ⁊ poſitum erat ante
tab'naculum ſb̄ dīuo· nō directe
ante introitum· ſʒ aliq̄ntulum
ad midiem deſcendens· ita ut an
ip̄m imolantes· ad aquilonem
ſtantes· in ip̄m tab'naculū ad
ſcā ſcōꝝ inſpicē poſſent· de hoc al
tari· plenius ſc̄ibit̄ in hyſtoꝝ· Al
tare incenſi· ul' thymiamatis· ſcīn
erat de lignis ſethim· h̄ns unum
cubitum latitudīs· ⁊ alterum·
longitudīs· i· quadrum· ⁊ duos
cubitos in altitudīe· ueſtitumq;
erat auro puriſſimo· ſup qd' ſin
gulis dieb; mane ⁊ ueſpe· ad ꝯſū
mand' iuge ſacrificium· thimia
ma incendebat' ſc̄ificatū dn̄o· Et
dixerunt quidam mane ſolū incē
ſum· i· thus ſuppōni· veſpe ū pro
dignitate ſacrificij ueſptini· thi
miama· Hec putand' eſt in dubiū
ueniſſe· cum eēt in ſcriario· cum he
breus h̄ dicat ⁊ ioſephus· ⁊ p̄ma
poſito tab'naculi ſcā a moyſe h̄
inuenit· niſi quia paulus ī eplā
ad hebreos· thuribulū aureū ī ſcā
ſcōꝝ ponit· ſane eē q' in templo

ubi omnia amplata fuerunt et multi
plicata. preter altare aureum quod erat
extra uelum ad quod necesse erat bis in
die ingredi. et suppodium erat thi
bulum in aditu. in quo summus sac
dos interiora penetraturus prunas
et thymiamata ferebat. ut ibi ado
leret.

Altercor. altaris. certare. litigare. Unde usus de grilismo. Altercant homines: obiurgant mulieres. Rixant que canes. altercantur que sophiste. Certant inter se pugiles. sub laudis honore. frequentantur conuenimus unum pro reliquis positum.

Alteruter .i. mutuo aduerbium. Unde illud. Confitemini alterutrum peccata et cetera.

Altilia ab alendo. dicuntur aues studiose inpinguate. Multi autem errant circa significationem istius nominis. dicentes tantum capones altilia nuncupari. Sic errauit ille qui finxit illum metrum dolum uersiculum. Altilis hic gallus. gallina fit hec capo uult hoc. Siue enim sint galli. siue galline. siue alie aues: dummodo studiose inpinguentur altilia dicuntur. Unde gregorius exponens illud. matthei. xxii. a. thauri mei et altilia occisa. Dicit sic. altilia saginata dicuntur. ab eo enim quod est ale. altilia: quasi alitilia uocantur. Item dicit magister in hystoriis. quod in auibus dicitur altile. In animalibus dicitur saginatum. et secundum huguitionem

declinatur hic alatis et hoc altile. Item in doctrinali scribitur. Dicimus altilia si plura: sit altilis una. altilis in masculino numquam legitur substantiuum.

Aluus dicitur uenter. ab albedine. quia albus et est feminini generis. sicut patet in uersibus suppositis. Unde exponitur abyssus. et hec dicit ysidorus. ethimologiarum. xi. Venter. aluus. et uterus. inter se differunt. Venter est. qui acceptos cibos digerit et apparet extrinsecus. et pertinet a pectore usque ad inguen. et dictus uenter quia per totum corpus uite alimenta transmittat. Aluus est qui cibum recipit. et purgari solet. et dicitur aluus: quia abluatur .i. purgetur. Quia inde sordes stercora defluunt. Uterum sole mulieres habent. In quo concipiunt. Vide expositionem in suo loco.

Amelech. non amalech debet legi. iiii. regum. xi. d. ubi dicitur. Apud ioas filium amelech. et id habetur. ii. paralipomenon. xviii. f. Alexander neqqum assignat rationem dicens. Omnes codices quos inspexi. preter hebreos et paucos latinos bene correctos. hic sunt corrupti. et habent amalech. quod est nomen cuiusdam populi. Et est hic littera ista filium amelech. Unde hebreus habet ioas. ben. amelech. a. est articulus apud hebreos. melech. autem id est quod rex. Est hic sensus. Apud ioas qui est filius regis. Sed latini carent articulo. hic usque

fiunt uba alexandri neqm.
Amniacum p duplex .m. deb;
scribi. & pferri. & e pprium no
men loci. p quo quidã dicunt am
maium & male.
Ambitus — Ambire. circuire. cupe. et
ppe ambiunt honores.
Vnde ambitus .i. circuitus. ul' cu
piditas. & ponit p pompa. et
cõponitur ambio. ambis. ab am. qd
est circu. & eo is. & interponit .b.
& pducit penultimam i supino &
i pticipio pteriti pfeci temporis.
Vnde ouidi methamorph .i. Jus
sit & ambire circũdare litora tre.
Sz i noĩe corripit causa differen
Ambitus — tie. Vnde lucan' i .j. letal' qz
ambitus urbis. Vñ in doctrinali
scribit. A queo cõposita. ul' co.
bulare supina. Constat & am
bitũ nõ corripit ambio solũ.
Item in grecismo dr. Stẽ ambio si
mit. io. ducit qz supbio secũ. Ce
tera sunt i eo. que ueniunt ab eo.
Errauit autẽ grecismus. qz supbio
nõ est cõpositum sic patz infra.
ubi exponitur supbz.
Ambicio dr cupiditas. ul' cir
cuitus. ul' magnus appetitus.
ostẽdãt. — quo ambiciosi se ostentant. i.
Ambitus ut dicit papias.
est circuitus. ul' int' uicinor
edificia locus duor pedũ & semi
pedis ad circuendi facultatẽ relic
tus. & ab ambulando dcus. Sed
melius dr ab ambio. is.

Ambigo. ambigis. dubitare. &
inde dr h ambages. ul' ambi — Ambages
go. ambiginis. i. dubia locutio. u — Ambago
bor circuitas. smonis pplexitas.
Item ab ambigo. dr ambiguus.
idest dubius.
Amen scdm papiã uẽ. fide
lit'. aut fiat fiat. & est hebe
um. sic alla. Que duo uba. i. am.
& alla. nec i grecis. nec in latinis.
nec in barbaris. h; i suã linguam
omnino transferre. ul' alia lingua
annũciare. Nam quũuis intp
tari possint. ppt sanctiorem tam
auctoritatẽ. seruata est ab aplis
i hiis ppe antiquitas. Tm enim
sacra sit nota. Vt eciã iohes
in apoc. refert se spu reuelante u
disse & audisse uocem celestis exer
citus. tanqm uocẽ aquar multar.
tonitruũ qz ualidor. dicentẽ et
amen. & alla. at p hoc sic oportet
i tris utraqz dici. sic incelo reso
nant. huguitio dic. q am est cõ
positũ ab .a. qd est sine. & mene.
qd est defectus. qi sine defectu. qd
non credo ee uerum. cũ hebrey
ca lingua nõ descendat a greca.
ut pote pma & mr oĩum ling
uarum.
Amens scdm papiam dr am
mi ipos. turbatus. iratus. fu
riosus. qi sine mente. Vnde h
amentia. i. furor. uecordia. mala
mens. alienatio. & dicit q amencia
est ppetuũ uiciũ. dementia. tem

porale.

Amatistus ut dicit ysidorus xvi.
ethimol. inter purpureas gemmas
principatum tenet. in yndia inue-
nitur. purpureus est permixto uiola-
ceo colore. et quasi roseo nitore. quasdam
flammas leniter fundens. est autem
sculpturis facilis.

Amicio amicis. cij. uel ciui.
amicire. amictum. tu. i. uesti-
re. Verbum est actiuum. Unde ouid.
i. v. metamorph. Ipse super abla-
tus fulvus amicitur malis.

Amigdalus arbor est matu-
re florens. Unde hec amig-
dalum. pro fructu. Unde quidam ait.
Sunt mea ma mora. pira. ficus.
amigdala. mora. Tamen hec amigda-
la. le. inuenitur pro fructu in sacra scrip-
tura. quia pagina diuina non uult se
subdere legi gramatice. nec uult
illius arte regi. Ysidorus autem in
Ca. vij. xvii. ethimol. sic ait. Amigdala
grecum est. que latine nux longa
uocatur. Hanc alii nuciclam uo-
cant. quasi minorem nucem. de
qua uirgilius. Cum se nux pluri-
ma siluis induit in florem. Cunc-
tis enim arboribus prior se flore con-
uestit. et ferentia poma arbus-
ta sequentia fuerint. ecclesiastici uerba se-
bunter in perpetua.

Amula sine. h. uas est ad
uina fundenda. et dicitur hu-
gutio quod est fiala ad similitudi-
nem uitreoli. Unde. iij. Reg.
vij. c. fecit quoque hyram hebete-
et securas. et amulas. et paulo post
iterum inuenies amulas. i. fuscinu-
las. ad extrahendas carnes. quam
licitam in nulla biblia recolo me
legisse. preterea non hamulas. sed ha-
mulos ab hamis dicimus. primo quidem
dein indubitanter tene. Vide in h.
ubi exponitur hamula.

Amita media correpta dicitur
soror patris. quasi alia mater. Ma-
tera soror matris. Versus. Sic pa-
tris est amita. soror ut mater-
tera matris. Persius in fine. exos-
satus ager. iuxta est age si michi
nulla. Iam reliqua ex amitis patru-
elis nulla proneptis. Nulla manet
patrui. sterilis matertera uixit.

Ammiculum dicitur auxilium.

Amphora est uas cum duabus
ansis. Et dicitur ab. am quod est cir-
cum. et phoros quod est ferre. Unde
et grece diota dicitur a dya quod est
duo. et ota quod est auris. quasi huius. ii.
aures. quod lucas dicit amphora.
matheus dicit lagenam.

Anaglipha. orum. dicuntur super
eminentes picture. sicut
solent fieri in frontibus quarundam
ecclesiarum. Et dicuntur ab ana quod est sur-
sum. et gliphe quod est sculpere. quasi su-
periores sculpture. uel picture.
Item ysidorus in. xx. ethimol. dicit Ca. iiij.
quod anaglipha dicuntur uasa sursum
sculpta. Unde anaglyphus. pha. um.
idest supra sculptus. et semper corri-
pitur penultima sillaba in anaglipha.

et anaglyphus siue ultima sillaba
scribatur per .f. secundum latinos.
siue per .ph. secundum grecos. Unde
in doctrinali ubi agitur de mediis
sillabis datur regula talis. de qua nichil
excipitur .i. super .f. ponis raro. sed
ea breuiabis. Item alia regula datur ibi
de qua nichil excipitur .i. super .p.
breuis. hinc antipos est contra testis.
Antipodes dicuntur habitantes in inferiori
emisperio qui pedes contra habent
tes. ab anti quod est contra. et podos.
quod est pes. Beda autem dicit quod fa
bulosum est istos esse.

Nota de anti
podibus.

in contrario sunt

Anathema est dampnatio.
excommunicatio perditio. Et dicitur
ab ana quod est sursum. et theta que est
quedam figura et littera greca sic facta.
θ. que imprimebatur olim frontibus
dampnatorum. Inde dicitur anathema quasi
suprema maledictio. que solet fieri per pre
latos. Unde anathematizare .i.
maledicere et excommunicare. ita dicit hu
guitio. Alexander autem nequaquam sic
ait. Non declinatur quociens
capit hoc anathema. Et capit
hic. hec. et hoc. quia plures signat et
unum. Guido de caritina sillabisat
to sunt anathema. ~~Cum declinatur~~
~~anathema similiter tamen sed anathe~~
ma. Cum declinatur anathema pro
hoc uariatur. perdit ab anatheme quod
sursum pono uocatur. hinc consen
tiunt illi qui scribunt in libris
suis. Qui hunc librum furatus fuerit
anathema sit. Vide infra. ubi expo

hoc anathema.
hoc anathematis.
est excommunicatio uel
suspensio.

nitur maranatha.
Anathema obliuionis est ~~ob~~
~~liuionis~~ dampnatio. uel ex
clusio pro aliquo facto uocabuli. cu
ius iugis memoria debet esse. nec
umquam debet in obliuionem uenire.
Anathema dicitur ciuitas. deuota
ta in mortem.
Anethum sicut ait papias cum
.h. scribi oportet. et est herba
ortolana. odorifera. et dicitur quod in
cibo sumpta calefacit et constringit.
et prohibet sternutamentum. naribus oppo
situm. Macer de uiribus herbarum. mul
tum commendat anethum dicens. medicine
calidum. siccum quod refertur anethum.
Et dicunt quod sit gradus huius in
utroque secundus. Lac dat habundanter
ex decocto sumpta. sternutaque stoma
chi quia solet depellere morbos.
Atque grauis tali sedatur nausea
potu. Prouocat urinas. obstantia
quoque repellens. et cetera multa alia di
cit de eo.
Angustus strictus ab ango.
angis dicitur. Unde genitiuus. An
gustum tempus dicitur. et est locus artus.
Ango sit primam capitur. arceo quod
sit secundam.
Anceps dicitur gladius. uel alia res.
que quasi duas habet facies. et dicitur
ab an quod circum et capite. quasi habens
in circuitu capite. quia habet quasi duo
capita. et est omnis generis. Item
anceps dicitur dubius. qui dubitat
de duobus. de quibus quod debeat eli

gere ⁊ qui hēns faciem ad utrāqȝ.
Ancilla dr̄ ab an. qd̄ est cir
cum. ⁊ cilleo. es. qd̄ ē moueo.
moues. qr̄ circum circa moue
tur. cilletur. i. mouet̄ ad s̄uien
dum. Vl̄ ab ana. qd̄ ē sursū. ⁊
cilleo. es. qd̄ est moue. ul̄ sustie
re. eo q̄ ancilla est sustentamē
tū dn̄e. Vl̄ dr̄ ab ancon. qd̄ est
curuū. qr̄ incuruat̄ ad s̄uiend̄.
Anchora est instrumentum
ferreū quo retinent̄ na
ues. Et dr̄ ab an. qd̄ est circum.
⁊ ciros. qd̄ est man̄. q̄i circum
manuta. hr̄ enī duo rostra q̄
bus. q̄i manibȝ retinet.
Angaria dr̄ cōpulsio. ul̄ in
iusta exactō. Et dr̄ ab an
go. angis. Et inde angario. an
garias. i. cōpellere. iniuste exige.
ul̄ angariā facere. Vn̄ h̄ an
garius. i. bedellus. cōpulsor in
iustus ⁊ exactor.
Angelus intp̄tat̄ nuncius.
Angulus dr̄ ab ango gis.
qr̄ cōiungit pietes ⁊ an
git. p regno pōit. ysa. xix. c.
Anima. homo interior. cor
pus aut̄ homo exterior dici
tur. Anima aut̄ a gentibȝ no
men accepit. eo q̄ uent̄ sit. Vn̄
et grece uent̄ animos dr̄. eo q̄
trahentes aerem uiue uideam̄.
Sȝ aptissime f̄ctm est. qr̄ multo
prius gignit̄ aīa. q̄ cōcipi aer ore
possit. que iam i genitricis utō
uiuit. non est g̃ aer anima. q̄d
putauerūt quidam. qr̄ nō potu
erunt ī corpore aīm eī cogita
re naturā. Spm̄ id ēe q̄ aīam euā
gelista pnūciat dicens. pote
state habeo ponendi aīam me
am. ⁊ rursus. potestate hēo
itm̄ sumendi eam. De hac qȝ aīa.
in ipo dn̄i passionis tempore. me
morat̄ euangelista pcipit dicēs.
Et inclinato capite. emisit
spm̄. Quid ē. n. emitte spm̄.
nisi qd̄ animā ponere. Sȝ aīa
dcā ppt̄ qd̄ uiuit. sp̄s aut̄. ul̄ p
spirituali nā. ul̄ p eo qd̄ īspiret ī
corpore. Item animū id ēe q̄ aīm
mam. Sȝ aīa uite. est animū cō
silij. Vnde dicit ph̄z. etiā sine
animo. uitam manere. ⁊ sine
mente aīam durare. Vn̄ et
amentes. nā mente uocari.
ut sciat animū. vt uelit. mēs
aut̄ uocata qd̄ eminet ī aīa.
ul̄ qd̄ meminit. Vn̄ ⁊ imemor
es amentes. Quapp̄t nō aīa.
sȝ qd̄ excellit ī aīa. mens uocat̄.
tanquā caput eī ⁊ oculus.
Vn̄ ⁊ ipe homo. s̄m mentem ȳ
mago di dr̄. Ita aut̄ h̄ oīa
adiuncta sunt anime. vt
una res sit. p efficientiis enī
causarū. diuisa noīa sortita est
anima. Nam ⁊ memoria
mens est. Vn̄ ⁊ imemores
amentes. Dū g̃ uiuificat cor
pus. aīa est. Dum uult. aīm

est· dum scit· mens est· dū recolit·
memoria ē· dū rectū iudicat· ro
est· dum spirat· sps̄ est· dū sentit
aliquid· sensus est· Nam inde q
animal sensus dr̄ p his que sentit·
vn̄ 7 sīua nom̄ accepit· Ita dicit
ysidorus ethymol· x· a· Et nō q a
nima scdm quosdam dr̄ ab alo.
alis. qi alimā· qr alit nos· Alij
dicit q cōponitur ab· a· qd ē sine·
7 mene· qd ē sanguis. qi sn̄ san
guine· Alij dic ab a· 7 nemein·
qd est tribue· eo q aīa uitā tri
buat· Alij dicunt q est pmitiue
spēi· Sz huguitio dicit q aīa dr̄·
ab animos grece q est uentus latine·
qr quidā putauerunt aīam esse
uentū· qr ore trahentes aīam
aerem· uiuē uidemur· Sz attende
quid de hoc sup̄ dixit ysidorus·
Animaduertere· i· in aīo inten
te· cōsiderare· 7 qnq; ponitur p
punire· qr iudex sistit animū ad
reū puniendū· Vnde h aīaduersio
dr̄ genus oīm penarum.
Animequior· i· aīe ul' aīmi
equioris· i· pacatioris· Animeq
aut̄ scdm papiam· id ē q paciens·
Animus sup̄ expōitur· vbi agit̄
de aīa· Dicit tn̄ papias q aī
mus dr̄ uolūtas· cōsiliū· iudicium·
ppositum· ro· sīua· sensus· mens·
Annales sup̄ exponitur· vbi agi
tur de allegoria· i· pcessello de
hystoria· Dicit tamē papias q
annales dicuntur annui cōbiles.

libri annua acta cōtinentes· ul' si
gulorum annorum hystorias· cōtinen
tes politicū scriptū· i· ciuile· a po
lis qd est ciuitas·
Annona· ab anno dr̄· seges vni
anni ~~seges~~ eo q annus singul'
renouatur· Annus aut̄ dr̄ ab an· qd ē
circū· 7 no· nas· qi circū nans· qr i
circulo uoluitur.
Anniculus diminutiuū est ab
anno· 7 dr̄ anniculus· i· vnius
anni· 7 declinatur anniculus· la· lū·
Anulus diminutiuū est ab ano·
vnde grisius· Anulus ē pu
annus ~~anulo~~ pu uni anni· Dicitur — x
anniculus agnellus sit minor agni.
ferre anulus est puus· qr fit anu
lus anus· ysidorus aut̄ i· v· ethym· —Cā· xxxvi·
dicit q anulus dr̄ ~~a~~ anni· i· circul'
qi i se redeat· Nos possumus dicere.
q dr̄ ab an· qd est circū· qr circula
ris est.
Ansa dr̄ aurs p quā uas tolli
tur· 7 cortina ibi uestis sui
perdit· Vnde dr̄ ansula dimi
nutiuū.
Antelucanus· na· nū· i· ante
lucem existens· vna dictio ē·
Antemurale dr̄ defensio ant
murū· sic uallū 7 fosse·
Anticipere· 7 anteccipere· preocupa
re· puenire
Antistes· antistitis· i· sacer
dos· dicitur ab ante 7 sto· stas·
qr stat ante ppim· ul' quasi ante
stans ppo·

Antixpc non ut quidam sim
plices itelligunt. dr q anxpi in
uentur' sit. i. pt eu ueniet xpc.
S; antixe gce. diciť cotraus xpo. la
tine. ab anti qd est con. 7 xpc q
mentiet se xpm. 7 adulabit x.
7 sacramentis ei. Ita dicit ysido
ethimol. viij. Ca. xi. b.

Apparitores dicunt qui
reos apparere compellebat
in qspectu iudicii. ab appareo dei.
S; papias dicit q apparitores
dicunt. preptis obedientes. 7
dr apparitor. eo q appareat. 7 vi
deatur. 7 psto sit ad obsequiu.

Appendo dis. suspende. libre.
ponderare. 7 qponitur ab ad 7
pendo. pendis. pependi. pendere.
pensu. qd est suspende. trutinare.
exsolue. redde. tribue. sustinere.
Ita dic huguc. Et no q pendeo.
pendes. id hz pteritu 7 id supinum.

Apheduo scdm q exponit
glo. dan. xi. g. qposita e.
idest solii sui. q. d. figet tabna
culu 7 thronum suum. int ma
ria. hebrei non hnt. p. S; pro eo.
phe. utunt. alii exponut apheduo:
idest emaus. que e ciuitas elyo
pol. De qua baruc. ult. ad ra
dicem montis oliueti. distans
ab ierlm. p duo. ul tria miliaria.
Symach extendet papiliones eq
tatus sui int maria 7c. alexan
der neqam dicit. q apheduo est
appendix. hec appendix h. cis.

gallice dr appentis. scil; mansium
cula. que adheret magne domui.
et dicit psectum si de lignis. me
nianu. si de lapidibz qstructum
est. ul in muro fcm. Vn fecit ta
les usus. Dicas apheduo sola
ria. significat; appentiz q' silig
nu qstruxit ipm. dicas psectum.
si scptu dic menianu. Dicas ptec
tum si tectu nouis ipm. ta
men menianu hz pma dipton
go pductam.

Apes dce qd se pedibz iuice
alligent. qi ad pedes. ul q
sine pedibz nascunt. ab a. qd est
sine 7 pes. dis. Nam postea 7 pe
des 7 pennas accipiunt. hee soller
tes i generandi mell officio assig
natas icolunt sedes. domi
cilia inenarrabili arte qponut.
7 uariis floribz fauu condiunt. tex
tis q; ceris. i numa ple castra re
plent exercitum 7 reges hnt. p
lia mouent. fumu fugiut. tu
multu exaspant. has pliq expti
sunt de boum cadauibz nasci. na
p hiis creandis. uitulor occisor
carnes iuberunt. ut putrefcto cruo
re. umes creent. qui postea effici
unt apes. pprie tn apes uocant
orte de bobus. sic scrabrones de
equis. fuci de mulis. uespe de
asinis. Ita dicit ysido. ethimol.
xii. v agit de minutis aialibz. Ca. viij.
et declinat. h apes. ul h apis. h.
apis. Ouid. Non apis inde tulit.

frontispicium dicitur frontis spicium

Apex summitas dicitur. qui a pedibus
remotus. Et quia dicitur apex lit
tera. et propterea apices dicuntur littere ille que
alte in frontispiciis murorum scribun
tur. et quelibet littera dicitur quasi apex. Et
secundum aug. super illud. ca. v. Iota v
num aut unus apex etc. Iota est mi
nor ceteris litteris. apex est ipsius in sum
mitate particula.

Apocalipsis dicitur revelatio. Unde
liber apocalipsis. quia ibi multa
occulta revelantur. Et dicitur ab apo.
quod est re. et calipsis. quod est velamen
tum. vel revelatio. et est feminini generis.

Apotheca grece. reconditorium.
vel repositorium latine. scilicet locus
in quo preciosa reconduntur. vel repo
nuntur. sicut est horreum vel cellarium.
Et dicitur ab apo. quod est re. et thesis.
positio. et producit hanc sillabam. the.
unde oratius in libro sermonum. aut a
apotheca patris intacta est etc.

Aporia. aporie. dicitur apertio. langor.
labor. angor. aculeus. stimu
lus. ictus. vulnus. cura. tedium.
molestia. Et componitur ab. a. et po
rus. pori. quod est minimum et subti
le foramen in corpore per quod sudor e
manat. Ita dicit hug. Et super
illud. ecc. xxviij. sic aporia hominis
in cogitatu illius. dicit glo. id est. fluxio.
vel derivatio. stimulus. vel molestia.
Item super illud. ij. cor. iiij. apori
amur etc. dicit glo. id est. pauperes
sumus. aporos enim grece. dicitur pau
per latine. Unde secundum illam glosam.
aporia id est quasi paupertas. Item super
illud. ysa. lix. aporiat est etc. dicit
glo. constat de infelicitate eorum
secundum hoc. aporia id est quasi tristicia. pro
prias ita dicit. Aporia grecum nomen
est. Est autem fluxio. vel derivatio. vel
feces. vel reliquie. sordes elementorum que
in aere purgantur. Unde gignun
tur in terra diversa arbores et lapides.

Apostolus grece. missus et c.
sus latine. Missi enim fue
runt apostoli a christo. ad predicandum evan
gelium per universum mundum.

Apprecior. aris. ubi um depo
nens. id est. precium determinare.
Antiqui dicebant. precio. precias. et
apprecio. as. Sed modo dicitur. precior.
et apprecior.

Aqua. que equa dicitur ab equando.
eo quod superficies eius sit equalis. Ver
sus differentiales. Fontis limpha. x
sed est fluminis. aqua equoris
unda.

Aqueductus est via per quam
aqua ducitur de proprio loco. vel
guttatorium. per quod aqua elicitur.
vel foras educitur.

Aquila sic dicitur ysidorus ethy
mol. xij. ab acumine oculorum. Ca. vij. b.
vocitata est. Tanti enim contuitus
esse dicitur. ut cum super maria inmobi
li penna feratur. nec humanis
pateat obtutibus de tanta sublimi
tate. pisciculos natare videat. ac
tormenti instar descendens. raptam
predam ad litus trahat. Nam et

contra radium solis fertur. obtu
tum nō flectere. Unde et pullos
suos ungue suspensos radiis solis
obiecit. et quos uiderit imobilem te
nere aciem. ut dignos genere ꝯser
uat. Si quos uero inflectere obtutū
quasi degeneres abicit.

Aquilo dicitur quasi aquas ligans. est
enim uentus gelidus et siccus. Et
nō sic dicit ysidorus. ethimol. xiij.
Ca°. xvij.
Ventus est aer ꝯmotus et agita
tus. per diuersis celi partibus nomina
sortitur. Dicitur autem uentus quod
sit uehemens et uiolentus. Vento
rum sunt quatuor principales.
Quorum primus ab oriente sub
solanus. a meridie auster. ab occi
dente fauonius. a septentrione.
eiusdem nominis uentus aspirat. et habent
geminos uentorum hinc inde spiritus.
Subsolanus a latere dextro uul
turnum habet a sinistro eurum. au
ster uero a dextris euro austrum.
a sinistris austro affricum. fauonius
a parte dextra affricum. a leua chorum.
Porro septemptrio a dextris cir
tium a sinistris aquilonem. horum
xij. uentorum nomina ex causis propriis
sunt signata. Nam subsolanus
Rōnes nominum
uocatur. eo quod sub ortu solis nas
citur. eurus. eo quod ab eoo fiat.
idest ab oriente. Est enim con
iunctus subsolano. Vulturnus.
eo quod alte tonat. Auster. ab hau
riendo aquas. uocatur. Vnde et crās
sum aerem facit et nubila nutrit.

hic grece nothus dicitur. propter quod inter
dum corrumpit aerem. Nam
pestilentiam que ex corrupto aere
nascitur. auster flans in reliquas
regiones transmittit. Sed sic auster
pestilentiam gignit. sic aquilo re
pellit. euroauster dictus. quod ex una par
te habet eurum. ex alia austrum. aus
troaffricus quod sit iunctus hinc et
inde austro et affrico. Ipse et libo
nothus. quod sit libs. hic et nothus.
zephirus. greco nomine appellatur. eo quod
flores et germina eius flatu uiuificen
tur. hic latine fauonius dicitur. eo
quod faueat. uel foueat fruges. ac
flores. austro autem flores soluun
tur et arescunt. Affricus appellatur regi
one uocatur. In affrica enim initi
um flandi sumit. Chorus est
qui ab occidente estiuo flat. et
uocatur chorus quod ipse uentorum cir
culum claudat. et quasi chorum faciat.
hic antea tharus dictus. quem plerique
agestem dicunt. nō ut indocti uulgus
aggestem. Septemptrio dictus. eo
quod in circulo. vij. stellarum ꝯsurgit.
que intente se ipso resupinato
capite ferri uidentur. Circius dictus
eo quod choro sit iunctus. hunc hyspa
ni gallicum uocant. propter quod a par
te gallie afflat. Aquilo dictus eo
quod aquas stringit et nubes dis
sipat. Est enim gelidus uentus et sic
cus. Ideo et boreas. qui ab yperbore
is partibus flat. Inde enim origo ei
dem uenti est. Vnde et frigidus est.

emdat'

ꝑmixtus enim

Natura enim omnium septen
trionalium ventorum frigida et sicca
est. Australium: calida et humida.
Ex omnibus autem ventis duo cardina
les sunt: Septemptrio et auster.
Duo autem sunt extra hos. ubique
~~ut~~ esse magis quam venti aura et alta
natura. Aura ab aere dicta. quia aer
ea commotus fit motus aeris. agitatus
enim aer auram facit. altanus quod
in pelago est. per diminutionem ab alto. id est
mari vocatus. Nam altanus est flatus
in ripis. quod dicitur auram. Vel
aura terre est. Turbo est volubili
tas ventorum dictus autem quando vehemens ven
tus consurgit. et terram in circuitu mit
a Arbiter. sic ait papias. Etiam
dicitur iudex. mediator. internuncius.
gratie. consiliator. pacificator. auctor con
cordie. Et dicitur ab arbitrando.
vel possumus dicere quod arbiter est iu
dex voluntarius. et de consensu partium
institutus. et non ex lege. Item ar
biter dicitur testis. et consiliorum revelator.
Unde salustius. procul omnibus arbitris
amotis. et in utrisque hec duarum
significationum potest accipi. Gen. xxxix.
Ubi dicitur ~~et~~ Accidit autem ut quadam
die intraret ioseph domum. et operis
quippiam absque arbitris faceret. et cetera.
Arbitror. traris. deponens.
id est existimare. vel iudicium
proferre.
Arbitrium est libera voluntas.
vel potestas qua quis sponte
vel bona vel mala appetere potest.
Item arbitrium dicitur arbitrium iudicium.
Archa dicitur ab arceo. es. arcui. quod
debet facere supinum arcitum. tum sed
per sincopam dicitur arctum arcu. Dici
tur ergo archa ab arcendo. quia arcet
manum et visum.
Archa testamenti testificatio dicitur.
Exo. xxv. In qua posita est
testificatio id est tabule. in quibus scrip
tum erat testamentum. tamen que ibi repo
sita testimonia dici possunt. posi
ta est ibi urna aurea plena manna.
in testificationem quod panem dedisset
eis de celo. tabule in testificationem.
quod legem naturalem sopitam in cordi
bus suscitavit in scripto. virga aar
on. in testimonium quod dixerant omnia
que dixit dominus faciemus. ob hoc
dicta est archa testamenti. vel testimo
nii. et ob hoc etiam tabernaculum testi
monii dicitur. ita dicitur in hystoriis. Nota
versus de triplici archa. Temporibus
tres est tribus cognovimus archas. prima
ma noe. moysi fuit altera. tertia christi. R.
Lignea prima. secunda metallica. ter
cia neutrum. Octo prior. tria pos
terior. tulit altera solum. Lege ca
rens. sub lege manens. sub lege so
luta. hanc pelagus tulit hanc mo
yses. hanc sede almus.
Archarius est qui custodit. vel
facit archam. vel custos the
saurorum. Et archarius. ria. rium. dicitur
ad archam pertinens.
Archangelus dicitur angelorum prin
ceps. Et dicitur ab archos quod est

·emdat·

13

principes. et angelus quod est nuncius. quasi princeps nunciorum. vel princi palis nuncius.

Archisynagogus dicitur prin ceps synagoge.

Architectus. vel architector. dicitur princeps artificum. Sicut beseleel et hyram. Et dicitur ab archos. quod est princeps. et tectum tecti quod pre ponitur pro edificio.

Archonium. dicitur acervus ma nipulorum. vel gelimarum. vel alia rum rerum. Gelima autem dicitur gar bella quasi genu et manibus. Et dicitur arthonium. ab artus. ta. tum. et co nus. coni. quod est summitas galee. quia semper artando visus summum quasi in conum terminatur. — *ligata*

Ars artis dicitur ab artando. quia artat nos regulis et preceptis. Vel dicitur ab ares. quod est virtus. et componitur artifex artificis. quod artificialiter operatur. — *Artifex*

Arx arcis pro turri dicitur ab arcendo. quia arcet ho stes et prohibet.

Arcus instrumentum sagittan di. dicitur ab arcendo. quia ar cet hostes. et ponitur pro arte sag gittandi. Unde .ii. Re. i. c. precepit ut docerent filios iuda arcum. vel mendosi codices habent plane tum. Item arcus dicitur fornix tri umphalis eo quod fit arcta curvatione formatus. et frequenter ponitur pro cur vatura. et arcus celi dicitur — *In hystor. invenies.*

Yris.

R.

Ardere multa significat. que hiis per hos versus. Ardet mens. ardet clipeus. focus ardet et edes. hic ~~ardet~~ hic splendet. hic urit. et uritur illa. redde singula singulis. — *amat.*

Area dicitur tabularum equalitas. a planicie atque equalitate. sic dicta quasi erasa. alii aream voca tam dicunt. quod pro triturandis fru gibus eradatur. vel quia non trituren tur in ea ubi arida. Unde ab era dendo. vel arendo dicitur secundum papiam. Unde hec areola diminutivum.

Argentum dicitur ab argiros grece. quod est argentum latine. Et dicit papias quod mirum in modum est quod cum candidum sit impulsum corpori lineas nigras reddit. Quod autem dicitur argentum quasi ardor gentium. ethimologia est. Item a philos. quod est amor et argyros. dicitur hec philargyria. id est amor argenti cu piditas. vel avaricia — *Areola* — *Philargiria.*

Argentarius dicitur ille qui cu stodit argentum. vel operatur argento.

Argilla est terra lutea ab argis vocata. apud quos primum ex ea vasa confecta sunt Ita dicit papias. Unde argillo sus. sa. sum.

Argumenta sic dicit papi as. sunt signa. rationes. tes timonia. vestigia. iudicia. note. coniecture. suspiciones. Et sbdit. argumentum. argute inventum.

uel quod rei dubie fidem facit. Item
argumentum est quod in principio
libri breuiter causam pandit. Item ar-
gumentum dictum eo quod arguat men-
tem. arguit autem cum quem ignarum.
ut intra se de ignorantia confun-
Arida terra uocatur. Dicitur.
Aque est frigida et sicca. Sicci
tas autem est elementaris. que in ea do
minatur. Et dicitur Isidorus ethi
mol. xiiii. Terra est in media mun
di regione posita omnibus partibus
celi in modum centri equali inter
uallo consistens. que singulari numero to
tum orbem significat. plurali uero singulas par
tes. cui diuersa nomina dant uero. Nam
terra dicta a superiori parte qua teritur.
humus ab inferiori. uel humida terra
que sub mari est. Tellus autem quia
fructus eius tollimus. hec et ops dic
ta. eo quod opem ferat frugibus. ea
dem et arua ab arando et colendo
uocata. Proprie autem terra ad distinctio
nem aque arida nuncupatur. Item
Isidorus ethimol. xi. Solum inferior
pars pedis. dicta inde quod eo uestigia terre
imprimuntur. Sed et solum dicitur omne
quod aliquid sustinet. quasi solidum. Vnde
et terra dicitur solum quod cuncta sustineat.
et solum pedis. quia totam corporis molem
portat. Item hec glis dicitur terra te
nax et argilla. Vnde iuuenalis. Glis
animal. Glis terra tenax. glis lap
pa uocatur. Prima prima producitur. glissis te
net alta. tercia glitis. Nota ad sig
na et per ea discerne genera.

Ariel secundum remigium. leo dei.
uel leo dei interpretatur. Et quando
que ponitur pro uiro forti. ut i. paral.
xi. c. Ipse percussit duos ariel. idest du
os uiros fortes ad modum leonis.
quandoque ponitur pro ierusalem. Vt ysa. xx
ix. Ve ariel ariel et cetera. Vbi dicit
glossa. leo dicitur ierusalem que potentis
sima fuit. sed bis dicitur ariel propter
templum et altare. tercio ariel ponitur
pro altari. eze. xliii. c. Ipse autem ariel
quattuor cubitorum et cetera. Vbi dicit glossa.
ariel lux mea deus. secundum quosdam. secundum
ieronimum. leo uel fortis dei. quod ad al
tare proprie dicitur. in quo uel illuminatio
dei est. uel leo uel fortitudo eius.
Aries ponitur pro machina bel
lica et dicitur sic. quia impingit mu
rum ad modum arietum pugnantium.
ualide enim ac nodose arboris ca
put ferro uestitur. et suspensa ma
nibus funibus militum manibus ad mu
rum impellitur. deinde retrorsum
ducta maiori impetu destinatur.
et sic crebris ictibus murum perforat.
et irrumpit.
Aries pro animali dicitur. uel ab ara.
uel ab ares. quod est uirtus. Vnde
grecismus. Dicitur hic aries. quod sit
mactatus ad aras. Vel quod dux for
tis gregis est. dicatur ab ares.
Ariolus. ab ara dicitur diuinator.
qui circa aras ydolorum nepha
rias preces emittit. et funesta sacri
ficia offert. Magister uero in hystoria
super deuteronomium uocat ariolos inspectores

Nomina terre

Cā. j. d.

Nō. diuisa noīa tre.

moab.

fibrarum circa aras pro cognoscendis
futuris. et coniectores somniorum.
augures .i. gestus avium vel gar-
ritus attendentes maleficos .i. im-
molantes pueros demonibus vel sal-
tem lustrantes incantatores .i.
prestigios qui sentientes fallunt. phi-
tones .i. ventriloquos qui per spiritum
malignum loquuntur a phitone .i. ap-
olline. sic dictos divinos .i. aruspices
idest astrorum inspectores. Nigroman-
ticos qui carminibus vel sacrificiis sus-
citant mortuos. Et quia noticia
istorum vocabulorum sepe necessaria est in
scripturis. Ideo ea que .viii. ethi-
Ca. ix. mologiarum scribit ysidorus presentibus anno-
temus. Ubi dicitur. Magi sunt
qui vulgo malefici ob facinorum
magnitudinem nuncupantur. hii elementa
concutiunt. turbant mentes ho-
minum. ac sine veneni haustu
violentia carminis interimunt. de-
monibus enim accitis audent ven-
tilare ut quisque suos perimat
malis artibus inimicos. hii et sangui-
ne utuntur et victimis. et sepe con-
tingunt corpora mortuorum. Ni-
gromantici sunt quorum precanta-
tionibus videntur resuscitati mor-
tui divinare et ad interrogata respondere.
Nigron enim grece mortuus. mancia
divinatio nuncupatur. ad quos susci-
tandos cadaveribus sanguis adi-
citur. Nam amare sanguinem de-
mones dicuntur. Ideo quotiens nigro-
mantia fit. cruor aque miscetur. ut

colore sanguinis provocentur. Ydro-
mantici ab aqua dicti. est enim ydro-
mantia in aque inspectione umbras
demonum evocare. et ymagines
eorum vel ludificationes videre. ibique
ab eis aliqua audire. Varro au-
tem dicit divinationis .iiii. esse ge-
nera. terram. aquam. aerem. et ig-
nem. hinc geomantiam dictam. ydro-
mantiam. aeromantiam. piromanci-
am. Divini dicti quasi deo pleni.
divinitate enim se plenos assimulant.
et astucia quadam fraudulentie
hominibus futura coniectant. Duo autem
sunt genera divinationis. ars et
furor. Incantatores autem dicti
sunt qui artem verbis peragunt.
Arioli vocati propter quod circa ar-
as ydolorum nepharias preces fun-
dunt. et funesta sacrificia offerunt.
hisque celebritatibus deorum vel de-
monum responsa accipiunt. Arus-
pices nuncupati quasi horarum inspec-
tores. dies enim et horas in agendis
negociis operibusque custodiunt.
et quid per singula tempora obser-
vare debeant hii intendunt. hii
etiam exta pecudum inspiciunt. et
ex eis futura predicunt. Augu-
res sunt qui volatus avium et voces
intendunt. aliaque signa rerum vel ob-
servationes improvisas hominibus occur-
rentes. idem et auspices. Nam au-
spicia sunt que iter facientes ob-
servant. Sunt autem auspicia quasi Auspicia
avium inspicia. et auguria quasi

auium garria .i. auiu voces et lin
gue. Item auguriu qui augurium que
aues gerunt. Duo aut sunt gna
auspicior. Unu ad oclos. altrum
ad aures. ptinens ad oculos .s. uola
tus. ad aures. uox auiu. Phi
tonice a phicio appolline dce q is
autor sit diuinandi. Austrolo
gi dci q in astris auguriant.
Genetialiaci appellati pp' nata
lium osidatones dier. Genus ho
minu p xii. signa celi describut.
sydum q cursus. nascentiu mor
es actus euentus pdicare conan
tur .i. quis quali signo fuit na
tus. aut q' defcm heat uite qui
nascit. Hii uulgo mathematici
uocantur. cuius supsticionis ge
nus constellatones latini uocant.
Primu aut stellar interpretes
magi nuncupant. Sic de hiis le
gitur in euangelio. qui xpm natu
annunciauit. postea hoc noie soli
mathematici nuncupant. cuius
artis scia usque ad euangeliu fuit
concessa. ut xpo edito. nemo alic'
natiuitate de celo interpretaret. Ho
roscopi dci q horas natiuitatis ho
minu speculant. diuso et dissili fa
to. Sortilegi dci sunt que
sb nomine ficte religionis qui p
quasdam scor sortes. diuinatonis
sciam pfitent. aut quarumcumque scrip
turar inspectone futura pmit
tunt. Salitatores uocati sunt.
quia dum eis membror quecumque p
tes salierit aliquid s' exinde si
ue psperum siue triste significari
pdicant. In hiis omnibz ars demo
nu est ex quadam pestifera socie
tate hominu et angelorum malo
rum exorta. Auguria primi
friges inuenerunt. Prestigi
um mercurius dr inuenisse. dcm a
prestigiu qui prestringium eo q pre
stingat aciem oculor et cetera.

Ariolor. aris .i. diuinare. unu
deponens est. Et dicit ab
ariolus. oli.

Ariopagita sm papiam dr
curialis. ab ariopagos grece.
qd atheniensiu curia dr. Hug
dicit q ariopag' uilla est uirtu
tis. ab ares. qd est uirtus et pag'
qd est uilla. et dr sic uicus atheni
ensis. ubi studebant phi. Unde
ariopagita magr illius uici. in
glo. act. xvii. dicit q ariopagus
erat curia atheniensis ab arios.
ydolo martis. qd ibi erat. et pa
gos qd est uilla. Unde ariopagi
ta. de illa curia. uel de athenis ex
istens. et h uidet' in melior expo.

Arista dr spica. ab areo. es.
Unde aristor. aris. depon
ens .i. spicas colligere.

Arma. armor. dr ab armus
armi. qd est scapula. et est
armus bestiar. pp' sic humer'
est hominu. Dicunt aut arma
ab armo. q in armis .i. in hum
is portantur.

armamẽtum

armamẽtari
um.

Armamẽtum dr̃ ab armatu
ra. ab armando. Armamẽ
tarium dr̃ locus ubi arma repo
nunt̃. ⁊ dicit̃ ab armamẽtũ. ar
mamẽti. Item armamẽtorolũ est
diminutiuũ. ab armamẽtario.

Armentũ dr̃ ab artus. ul̃ q̃r
aptum est ad arma facien
da. ul̃ deferenda. ul̃ extenda. Ul̃
dr̃ armentũ. q̃i aramentũ q̃r ap
tũ est ad arand̃. Et nõ ĩlus diff
erentiales. qui ponũt in grisimo.
Grex ouiũ ꝓꝑe fertur. sobolũq;
suarũq;. Armenta boum. dicis
pecus ẽẽ caprarum.

Armentarius. custos armenti.
Armiligata organa dicun
tur. ad armũ ligata. ul̃ s̃m alr
terum. genus est organi. q̃d fit ẽ
aqua. ita dr̃ ĩ hystoř.

Armilla est ꝓꝑe ornamẽtum
armoř. Inauris. auriũ. dex
tralia. brachioř. Ysid. ethimol.
/. cã xxxi. xix. Ubi agit de ornamẽtis. sic
ait. Armille ꝓꝑe uiroř collate
uictorie. tamẽ militibz ob armoř
uirtutẽ. Unde quandam uulgo
uirile dicebant̃. ab intellectu au
tem circuli. armilla nõ discrepat.
/ ul̃ ipa q̃r ipe quoq; ubi ponitur ambiẽ
do astringit. Sz armilla lati ex
tendit̃. circulus rotund̃ fit. hu
gutõ sic ait. Armilla est torq̃s.
brachiale. dextrochium. ⁊ est
ꝓꝑe uiroř sic p̃us. Sic ğ dicit̃
armilla. ab armis. p quibz alliga

tur. ꝗ p homo inuestitur. Job. xl. f.

Aroma media ꝓducta dr̃ ꝗ
ferri. et dicit̃ ysid. ethimol.
xvii. Aromata sunt quecũq; fra /. Cã. viij.
grantis odoris. india. ul̃ arabia.
mittit̃. siue alie regiones. nom̃
aut̃ aromata traxisse uident̃.
siue q̃r aris ĩpõita diuinis ĩuoca
tionibz apta uideant̃. siue q̃r se
se aeri ĩserere. ac misce p̃hibent̃.
Nam quid est odor. n̄ aer q̃tac
tus. q̃i. d. ul̃ ab ara. ul̃ ab ae
re dr̃ aroma. q̃i are. ul̃ aeris. o
ma. i. odor. Et inde aromatizo.
tizas. i. redolere. ⁊ ponitur q̃nq;
trãsitiue. ut aromatizo te. i. un
go aromate. ul̃ facio aromate
redolere.

Arra dicitur res que datur
in certitudinem. q̃r contractus
firmus habeatur. ⁊ est ꝑs p̃cii. et
dicit̃ arra. ab ara. q̃r res que ĩar
ratur ad̃o. dz ẽẽ rata. q̃i testibz
aris fieret. Ysidor. aut̃ in. v. ethi /. Cã. xxv.
mol. dicit. q̃r arra dr̃ a re. p qua da
tur. arra enĩ est. que p̃mũ p re bo
ne fidi contractu empta. ex pte dat̃.
⁊ postea cõpletur. est enĩ arra cõ
plenda. non auferenda. Unde qui hẽt
arram. nõ reddit sic pign̄. sz
desiderat plenitudinem.

Arrabo. bonis. dicit̃ uadi
monium. ⁊ ꝓꝑe q̃d datur p
re bona. sic p coniugio. Unde
arrabo dr̃. q̃. arra bona. res
enĩ que datur p re mala. nõ

que dr arrabo. et pduat hanc sil
labam .iii. Versus. Pars arrabo
uenit fecit. dum res bona uenit.
idest uendit.

Arrepticius est sic dicit huguc.
qui arripit. uel qui arripit.
sic demoniacus. et arrepticia dr
demoniaca. et declinatur arrepti
cius. cia. cium.

Arrogans dicitur superbus. se extol
lens. sibi aliquid attribuens
ab arrogo. as. quod est superbire. et
per superbiam et arrogantiam acquirere.
uel sibi tribuere. et ponitur quandoque sim
pliciter pro acquirere. Nota uersus.
Si rogat addideris con. congregat.
e. dat. in. inst. deminuit. sub.
substituit. pro. protrahit. inter.
querit. per. superat. ab. destruit. ar.
quod superbit.

Artaban sic communiter dr. est men
sura trium modiorum. Secundum y
sidorum .l. xvi. ethimol. dicitur quod
artaban mensura est apud egyptios
sextariorum .lxx. duorum. preterea hec
diuas gentes. uel linguas que or
bem compleuerunt.

Arthemo. onis. modicum ue
lum est. et sic dicit ysidorus
ethimol. xix. potius dirigende
nauis causa commentatum. quam
celeritatis. et ubique producit hanc
sillabam the. xix. et secundum hug.
dr hic arthemo. et hic arthemum.

Articulus. diminutiuum est.
ab artus et est articulus pro nun

membrorum. pronomen articulare. Vnde
priscianus dicit circa principium minoris
uoluminis quod articulus secundum notici
am suppositorum demonstrat. Item
articulus est minima pars simboli secundum
personarum distinctionem significatiuus.
hugo autem de sancto uictore sic diffi
nit. articulus est natura cum genu.
Item secundum eundem. Articulus est
perceptio ueritatis diuine tendens in ipsam.
Item secundum richardum de sancto uictore.
Articulus est indiuisibilis ueritas de deo
artans nos ad credendum. Alii dicunt
sic. Articulus est preceptio fidelium.
dirigens nos in finem. Secundum pap.
artus dicuntur maiora membra ut
brachia. Articuli minora. ut di
giti. Articuli dicuntur quia neruis arta
tur. i. colligantur. Inter articulum autem
et pronomen hoc interest quod articulus tunc
est cum nomini iungitur. ut hic
sapiens. Cum uero non coniungitur.
demonstratiuum pronomen. ut hic et
hec et hoc. Item articulus quidam dr
color rethoricus. qui singula uerba fit
distincte proferuntur sine coniunctio
ne. ore. genis. oculis. patride men
tiris adesse. arte. dolo. uiribus. itineris
simulare labores. Item articulus
dr denarius numerus. et quilibet nu
merus per decem multiplicatus.

Arcturus sic dicit greg. super iob
.ix. septem stellis in quibus lu
cet. semper uersatur. et numquam mergitur.
huguicio autem dicit sic. Arcturus
quasi arctos urens. i. ursam amans.

dicitur artos enim grece ursa latine.
eadem stella uocatur artophilax ab
arthos quod est ursa et philax quod est
suare. quasi suans ursam quia semper
sequitur eam. Nota ubi ysidorus in
quarto ethimologiarum. ubi sidera scribun
tur. Quedam stelle idem dicuntur
signa quia ea naute obseruant in gu
bernandis remigiis contemplantes
aciem fulgoremque eorum quibus sta
tus celi futurus ostenditur. Sed et omnes
homines ea intendunt ad preuiden
das aeris qualitates per estatem et
hyemem uernalemque temperiem. ortu
enim uel occasu suo certis stationi
bus temporum qualitates signant. Sig
norum primum est arton quod in axe
fixum .vii. stellis in se reuolutis
rotatur. nomen est grecum quod la
tine dicitur ursa. que quia in modum ~~urse~~
plaustri uertitur. nostri eam septemp
trionem dixerunt. triones enim
proprie sunt boues aratorii. dicti eo quod
terram terunt. quasi teriones. Sep
temptrionem autem non occidere propter
uicinitatem quia facit ideo sic. Arto
philax dicitur quia arton .i. elicen ursam
sequitur. eundem et booten dixerunt.
eo quod plaustro adhereret. signum
multis spectabile stellis. inter quas ar
turus est. Arturus est sydus post cau
dam maioris urse positum in sig
no boote. Unde et arturus dictus. quasi
artus ursa. quia bootis precordiis col
locata est illa stella. Oritur au
tem arturus autumpnali tempore.

Orion austri ante tauri uestigia
fulget. et dictus orion. ab urina .i.
ab inundatione aquarum. Tempore enim hy
emis abortus. mare et terras aquis
et tempestatibus turbat. hunc lati
ni iugulum uocant. quia sit armatus
gladio. et stellarum luce tribulis.
atque clarissimus. in quo si hec fulgent
omnia. serenitas portenditur. si obs
curatur hec acies. tempestas cre
ditur imminere. Hyades autem
dicte apotohyin .i. a siccato et pluui
is. Nam pluuie grece hyetos di
cuntur. ortu quippe suo efficiunt
pluuias. Unde et eas latini succul
as appellant. quia cum nascuntur plu
uiarum signa monstrantur. De qui
bus uirgilius eneidos .iii. dicit.
Arturum pluuiasque hyadas gemi
nosque triones. Sunt autem septem
stelle in fronte thauri. et oriun
tur tempore uernali. Pliades a plu
ralitate dicte quasi pliades a pollis quod
est pluralitas. Sunt autem .vii. stel
le ante genua thauri ex quibus
sex uidentur. Nam latet una. has
latini uergilias uocant a temporis
significatione quod est uer. quia tunc exor
iuntur. Nam occasu suo hyemem
ortu estatem. primique nauigatio
nis tempus ostendunt. Canicula
stella que et sirius appellatur. que
estiuis mensibus in medio centro ce
li est. et dum ad eam sol ascenderit.
coniuncta cum sole duplicatur calor ipsi
et dissoluuntur corpora et uaporantur.

Unde et ex ipsa stella dies caniculares dicuntur, quando et moleste sunt purgationes. Canis autem vocatur propter quod corpora morbo afficiat, aut propter flamme candorem, quod eiusmodi sit ut pre ceteris lucere videatur. Itaque quo magis eam cognoscerent Syrion appellaverunt. Cometes stella dicta est eo quod comas luminis ex se fundat. Quod genus sideris quando apparuerit, aut pestilentiam, aut famem, aut bella significat. Cometes autem latine crinite appellantur, quia in modum crinium flammas spargunt. Lucifer dictus eo quod inter omnia sidera plus lucem ferat. Est autem unus ex planetis. Hic quippe iubar dicitur, eo quod radios suas effundat. Sed et splendor solis et lune et stellarum iubar notatur, quod in modum iube radii ei extendantur. Hesperus stella occidentalis, quam cognominatam perhibent ab hespero hyspanie rege. Est autem una ex .v. stellis planetis, noctem ducens et solem sequens. Fertur quod hec stella oriens luciferum, occidens vesperum facit. Planete sunt stelle que non sunt fixe in celo ut reliquae, sed in aere feruntur. Dicuntur autem planete a planes, id est ab errore. Nam interdum in austrum, interdum in septemptrionem, plerumque contra mundum, non numquam tamen mundo feruntur. Illa vero que agentalibus signa dicuntur, in quibus et animantium ymago de stellis formatur, ut arton, aries, thaurus, libra et cetera huiusmodi, hii qui siderum perviderunt in nomina stellarum speciem corporis superstitiosa vanitate permoti finxerunt, ex causis quibusdam doctrine suorum. Nam arietem primum signum cum ut libre mediam lineam mundi tradiderunt, propter ammonem iovem ideo vocaverunt, in cuius capite, qui simulachrum faciunt, arietis cornua fingunt. Quod signum gentiles ideo inter signa primum constituerunt, quia in martio mense, qui est anni principium, solem in eo signo cursum agere dicunt. Sed et thaurum inter sydera collocaverunt, et ipsum in honorem iovis, eo quod in bove fabulose sit conversus, quando europam transvexerit. Castorem quoque et pollucem post mortem inter notissima sidera constituerunt, ex quibus signum gemini dicitur. Cancrum quoque sic dixerunt, eo quod ad illum signum mense iunio solstitium veniens retrograditur in modum cancri, breviores que dies facit. Hoc enim animal incertam habet partem priorem, denique ad utramque partem gressum dirigit, ita ut prior pars sit posterior, et posterior prior. Leonem in grecia ingentem hercules occidit, et propter virtutem suam hunc inter .xii. signa constituit. Hoc autem signum sol attingens nimium calorem mundo reddit. Virginis signum et inter signa [icato] et astra collocaverunt, propter quod eisdem diebus in quibus per illius signum

q

[margin: quod emittit]

[margin: Iuba iube dicitur crinis equi.]

[margin: De signis.]

[margin: icato]

sol decurrit terra exusta solis ardo
re rimas pariat. Est enim hoc tem
pus canicularium dierum. Libram
autem vocaverunt ad equalitatem men
sis ipsius. quia viii. kalendas octobris sol
per illud signum currens equinoctium
facit. Scorpium quoque et sa
gittarium propter fulgura ipsius
mensis appellaverunt. Sagittarius
vir equinis cruribus deformatur. cui
sagittam et arcum adiungunt.
ut ex eo ipsius mensis fulmina demon
strent. Unde et sagittarius vocatus.
Capricorni figuram ideo inter sydera
fecerunt propter capram iovis nu
tricem. cuius posteriorem partem corporis
in effigiem piscis ideo formaver
unt. ut pluvias eiusdem temporis
designarent. quas solet idem
mensis in extremis habere. Por
ro aquarium et piscem ab ymbri
bus ~~temporis~~ temporis vocaverunt. quod in
hyeme quando in hiis sol intrat maio
res pluvie profunduntur. in exposito in
venies alias rationes. quas causa bre
vitatis pertranseo.

Artus artui dicitur membrum ab
arto as. quia vivus artatur.

Arula diminutivum est ab ara.
et sic dicit magister in hystoriis
in descriptione altaris holocausti.
arulam. scilicet quandam craticulam posita
legitur. hebreus aracundam vo
cat. vel sulcum quendam in medio al
taris fuisse dicit. usque ad quem locum
altitudo craticule pertingebat. erat

Aracunda

autem etiam super quandam fenestram ab ori
ente strues lignorum imponebatur.
et super ligna carnes assande. Unde
opiniones que ponuntur in hystoriis.

Arundo quasi arendo dicitur ab areo
ares. quia cito aret. et sic dicit
huguitio. proprie dicitur arundo folium
defendens. et sepe ponitur pro canna.
et hoc ipsum tangit oracius dicens
in viii. methamorphoseos. Vimina
que et longe parva sub arundine canne.
Nota versiculum usitatum. Cantat yrundo.
nat yrundo. flumine crescit arundo.
sic et planius. Cantat hyrundo.
floret arundo sed nat hyrundo in
nota quod secundum papiam arundo non as
piratur in principio. sed simpliciter
incipitur ab a.

Arundinetum locus est ubi
crescunt arundines.

Arvina ab arvo dicitur pingue
do. unde supra in expositione adeps.

Aruspex secundum papiam dicitur
are inspector. vates. sive
sacerdos. ariolus. sortilegus. divinus.
fanaticus. augur. coniector et cetera. Et
sequitur. Aruspices sunt qui ex
ta pecudum inspiciunt. et ex eis fu
tura predicunt. Cetera invenies su
pra ubi exponitur ariolus.

Arx arcis dicitur turris ab ar
cendo. quia arcet hostes.

Assare quasi arsare ab ardeo es.
dicitur. Unde hoc assatum.
et assus sa sum. quasi arsus. Et non
quod pulli primo exaturizantur in

Assatum
Assus

aqua calida. ut faciliꝰ deplumē
tur. deplumati ustulant᷑. ut sb
tiles plume q̄ manibꝫ non poſ
ſunt extrahi cōburant᷑. Com
ecia̅ porcus ustulatur. q̄n sete
eiꝰ penitus cōburunt᷑. ultimo pul
li i veru assantur. ul᷑ forsita̅ elix
antur. i. i aq̄ coquuntur.

Ascella diminutiuu̅ est ab ala.
scilꝫ illa pᷓs corporis pilosa. q̄ ē
sb brachijs. que ⁊ ala dr̄. q̄ alio
noīe dicit᷑ hyrcus. q̄ fetet. ⁊ dr̄
ascella. a celleo. es. qđ est moueo.
moues. q̄ ab ea cillent᷑ brachia
idest mouent᷑.

Ascia instrumentum est carpē
tarij. scilꝫ bisacuta. ⁊ dicit᷑
ab astulis. quas de ligno exim̄.
Astule aut᷑ ab attollendo dc̄e st̄.
ea que cadunt de ligno cu̅ dola
tur. cuius asciola diminutiuum.
papias dicit q̄ ascia est i manu
brio breui. ex aduersa pᷓte referens
ul᷑ simplicem malleu̅. aut cana
tum. ul᷑ bicorne rostru̅.

Ascopa uas est aquaticu̅. utri
simile. ⁊ corripit penultimā.
Et dicit hugutio. ascopa grece. ut᷑
latine.

Asilum sic᷑ dicit papias tem
plum. qđ remus ⁊ romulꝰ
cōstituerunt. Dicit᷑ aut᷑ asilum.
sacer locus q̄ uiolare nephas
est. sic᷑ est octa. ⁊ dr̄ ab. a. qđ est
sine. ⁊ silen qđ est tractus. q̄ nō
est fas inde trahe̅ ul᷑ ondere aliq̄.

et pducit penultimam. Unde
uirgilius in. viij. eneid. hic luca̅
ingentē q̄ romulus acer asilum.
Retulit ⁊ gelida monstrat sub
rupe luparcal. Item hic asilus dr̄
thibanus. s. musca que stimulat
boues q̄ greci oestru̅. rustici tha
banu̅ uocant. Lucanus. Turbat
asilus equos. miseris succurrit asi
lum. Lupercus dr̄ pan. ul᷑ sacer
dos. pan. q̄. lupos arcens. quia
pan. deꝰ est pastoꝝ. ⁊ lupos ar
cet a pecoribꝫ. Unde dr̄ luparcal. i.
templu̅. ul᷑ festum panis. ul᷑ foſ
sa pastoraliu̅ ludoꝝ in luco quasi
theatrum f̄c̄a.

Asinus sic᷑ dicit ysidoꝝ ethi
mol. xij. asedendo dr̄ q̄i aſ — Ca. j. c.
sedꝰ. q̄ paulisq̄m homines cap
erent equos. asinus insidē cepimt.
Asinus eni̅ aīal tardu̅ est. ⁊ nulla
rōne renitens. statimq̄ꝫ ut uo
luit s᷑ eu̅ homo sbstrauit. uel
dicit᷑ ab. a. qđ ē sine. ⁊ senos qđ
est sensus. q̄i sine sensu. q̄ aīal
stolidu̅ est.

Asinus pnubꝫ plenus. i. suf
ficient᷑ honatus. ul᷑ forte si
cut ex boue ⁊ hyrco fiunt utres.
ita de asinis fiebant sacci qđ ali
qua ferenda. Ita dr̄ in hystoꝝ.

Asina de qua dixit dn̄s. Solui
te ⁊ adducite m. sic᷑ dicitur
in hystoꝝ. cōmunis erat paup
ibus. qui ꝑꝑa iumenta non hē
bant. cuiq̄ꝫ aliquis mea oport

fuerat pabulum dabat ei et pul
lo parit' qui ad opa gemina y
nutriebatur. et ob eius ita co
mune obsequiu quidam eam
dicam putant sbiugalem. qd
om iugo et dnio expositam. si
grecum nom est. asino eni lati
ne gce sbiugal'. et utrumq; nom
ht eand cam istitutu est. hoc ei
iumtum primu insedit homo. et a
sedendo latinus asinu dixit. et
grecum sbiugalem.
Assidei dnr illi iudei qui spe
diuino cultui assidebant. ab
assiduitate uocati. dci qz assidei.
qsi assidui.
Assistrix ab assidendo dr. ui
detur dici que sistit iuxta
ul' circumsistit ad suiciu. Vn
legitur. ix. sap. Da m sedium
tuarum assistricem sapiam. Sz
huguitio dicit et bn q' lra corep
ta est. et debz dici asistricem. Sisto
eni et eius copota scdm q' significat
stare ul' manere no hnt ptita. l'
supina. Sz mutuo accipiunt
a sto. stas et ab eius copoitis. Vn
scdm istam significatoem assisto.
assistis. facit astiti i pterito. et asti
tum. tu. i supino. sic asto. astas.
et ab astitu. u. gula in or. fit no
men uerbale astitor. qd ab assis
tendo. ul' ab astando pot descen
dere. et inde astitrix. media cor
repta. et non assistrix. qd nich
est. n' ab aliquo ubali pot formari.

Item sisto. sistis. ponit' p statuere.
et tunc est actiuu cu suis copoi
tis. et carent pterito et supino. Sz
accipiunt mutuo a statuo. et eius
copoitis. et sic sisto facit pteritu
statui. et supinu statutum. et
assisto debet face pteritum astitui.
et supinu astitutu. Vnde patz
q' si scdm istam signem debeat
formari ubalia nomina mascli
ni gnis et feminini dicetur
astitutor. et astitutrix. et nuqm
assistrix. Aliud. Sisto facit sta
tui. si transeat atq; statutu. Sz si
sit neutrale steti. nullu qz supinu.
suple ppium. Sz bn recipit accō
modatum. sic dic huguitio.
Assolatus. nau. i. dz ad solu
i. idest ad tantam redact'. de so
lio depositus. ad solitudine redact'.
Aspicio. aspicis. copoitur ab
ad. et specio. specis. spexi. spe
cere. spectum. qd est csiderare. sz
no est in usu. et het copoita mul
ta. et dicit huguitio. et bn. q' nu
qm dicendum e aspicio. sz aspicio.
qd pbatur p diriuatonem. s.
speculu. spes. et specula. Sig
ficato ubi ppoiti omnibz patet. sz
ppt originem. hic de eo facio me
tionem.
Aspis. dis. gen' est spen
tis. Vnde ysidor' ethym
olog'. xii. sic ait. Aspis uocata — Ca. iiij. b.
q' morsu uenena imittat. et asper
gat. jos eni grece uenenu dnr.

et inde aspis, quia aspergens. ios eo quod morsu venenato interimat. Fertur autem aspis cum presentire ceperit incantatorem qui eam quibusdam carminibus propriis evocat ut eam de caverna producat, illa cum exire noluerit, unam aurem in terram premit, alteram cauda obturat et operit, atque voces illas magicas non audiens non exit ad incantatorem. Ita dicit Ysidorus. Sed quod dicitur Ysa. lix. b. Ova aspidum ruperunt et cetera. Exponunt quidam ruperunt, i. eruperunt, q. d. serpentes excludi fecerunt.

Aspirare: anelare, conari, devenire, valde spirare vel favere. Et est pertinentium ventis qui quando flant et spirant nautis favent. Et est compositum ab ad et spiro, -as, quod significat vivere vel spiritum ducere vel flare vel olere sive redolere. Ita dicit Huguitio. Item aspirare sumitur pro elevari. Cant. ii. g. Donec aspiret dies et inclinentur umbre.

Assumentum ab assumendo dicitur illud quod de aliquo dempto accipitur ad aliud faciendum vel reparandum.

Astrum dicitur stella, ab astreo philosopho qui primus tractavit de astris, vel dicitur ab aster grece quod est stella. Et dicit Papias quod astra et stelle et sydera inter se differunt. Nam astra sunt stelle grandes ut Orion, Bootes. Stella vero est quelibet singularis. Sydera autem sunt stellis pluribus facta, ut sunt hyades et pliades. Sed hec nomina scriptores confundunt et astra pro stellis et stellas pro syderibus ponunt. Astra, sydera, stelle et signa inter se differunt. Sydera illa dicuntur que navigantes considerant quod ad cursum suum dirigunt consilium. Astra autem sunt stelle grandes ut Orion. Stelle autem minores ut multi iuges ut hyades, pliades. Signum vero quo animantis ymago formata est, ut Taurus, Scorpio et huiusmodi. Ysidorus in tertio Ethimologiarum latius tractat de istis. Vide infra ubi exponitur sydus. — sic

Capitulo xxxviii usque ad xliiii.

Astutus, -ta, -tum, i. callidus, dolosus. Et dicitur ab astu. Astus enim dicitur calliditas vel dolositas. Et sumitur astutus in mala significatione. Sic acutus in bona.

Attacus maior est bruco sicut dicit interlinearis Levit. xi. Et hec sunt verba que ibi scribuntur: Bruchus qui exit minor est quam attelabus. Horum significationes ponit glossa Ioel. i. a. dicens: Et est yonum. Eruca vermis est qui in oleribus maxime invenitur. Bruchus vocatur fetus locuste antequam habeat alas. Deinde cum incipit volare parum dicitur attelabus. Cum vero plenius volat dicitur locusta. Et est bruchus multo gravior quam locusta vel attelabus quia iacens in uno loco indigestus comedit fructus. Unde dicitur a broumin quod est consumere.

attachus dicitur ab a. quod est sine
et theca quod est positio. quasi sine the
ca. quia deposuit thecam et reposito
rium suum in quo prius iaciat in
volutus. vel melius dicitur attachus quasi
attagus. i. sine thega eo quod nichil
habeat quo involutus tegatur. Theca
enim quasi tega dicitur a tegendo. Achelabus
dicitur ab a. quod est sine et tela et
abeo abis. quasi sine tela. i. theca ab
iens. Vel dicitur achelabus quasi achela
mius. i. sine tela vadens. vel quasi a
tela abiens. Et nota quod attachus
corripit penultimam sillabam. et
similiter achelabus.

Achelabus

Athene quasi litorales dicuntur ab
acta quod est litus quia in lito
re posite. Vel dicuntur athene in
mortales propter studium quia ibi olim
viguit sapientia que immortalis est. et
sic dicuntur ab athanatos quod est mor
tale. vel ab a. quod est sine et thana
tos quod est mortale. Unde athana
sia. i. immortalitas. Attiste alia trans
latio habet.

Attiste vasa sunt potatoria.
Unde in esdre. ii. ubi alia
translatio habet patere argentee.

Hec patera dicitur sciphus. et corri
pit hanc sillabam te. versus. Si
pateres patere
pateras ad vi
na patere.

Attramentum ab attramine
dicitur. Est autem attramen id
quod nigredo. et dicitur ab ater
atra atrum. quod est niger gra grum.
Attramentum vero dicitur quia sit atrum.
nigrum enim reddit liquorem
cui miscetur. et dicit ysidorus ethimologiarum
Ca. xvij. xix. ubi agit de coloribus quod fit
ex fuligine pluribus modis. Sunt ar
dentes telas resina adiecta in vas
culo quod fumum retineat. Hinc pic
tores cum aqua miscent gluten.
ut illustrius resplendeant. Fuligo
quasi fumo ligata dicitur nigredo que pen
det a trabibus et fit ab igne.

Attramentarium dicitur vas in quo
reponitur attramentum. cornu
etiam scriptoris sic dicitur. Ro. satis pz.

Atrium magna edes est sive
amplior et spaciosa domus. et
dicitur atrium quod addantur ei tres
porticus extrinsecus. Alii atrium
quasi atrium dixerunt. Atrium enim
fit ex fumo. Ita dicit ysidorus ethi
mologiarum. xv. Unde atriolum diminutivum. Ca. iij.

Attrectare verbum est frequen
tativum ab attraho. his. Et
nota quod frequentativa que descendunt
a compositis ab hoc verbo traho. regula
riter habent. a. ante. c. ut attrac
to. detracto. contracto et sic de ali
is. In frequenti tamen usu nostro po
nitur. e. loco. a. et dicitur attrecto. de
trecto et cetera.

Avarus dicitur quasi avens. i. cupi
ens aurum. Aveo enim aves
avi avere. id est cupere et est neutrum.
et caret supino. Unde avidus. da. dum.
vel dicitur avidus quasi habens mare varus. i.
curvas. quia non vult extendere ad
dandum. sed semper curve sunt ad re
tinendum.

Auceps aucupis qui aves ca
piens communis generis est.

vnde aucupium dr̄ aucupis of
ficium .s. capiendi aues. Itē au
cupium dicitur fortuitum uł bo
nus euent⁹. Et sc̄dm huguicōem
dr̄ aucupiū ab aucupor aucupari.
qđ est aues cape auguriari ⁊ acq̄
Augur a garritu aui(um) dictum. vel ab aui(um) gestu. sic
tum dr̄ .scilꝫ diui eius qui se
cundum garritum auium diui
nat. Require sup̄. v̄ exposit͂ar ari
olus. Inde dr̄ augurium qđ augur
rium .s. diuinatō uł auguris offi
cium. Inde uolunt quidam formare
augurio augurias uł augior ari.
idest diuinare. Et inde dr̄ augu ri
ator ⁊ auguriatrix .i. diuin⁹ ⁊ di
uina. Sꝫ de isto ūbo nusq̄m in p̄s
ciano uł autoribꝫ recolo me legis
se. Sꝫ solum auguror aris. depo
nentis gn̄is. Vnde ouid̄ meth
x morph̄ .iij. Namqꝫ dies aderit
q̄ͦ non prius auguror eē. Inueni
tur etiam ī uoce actiua. Vnde
uirgilius in .vi. eneid. ante
x mediū. ⁊ reor ⁊ si quid ūi mēs
augurat opto.
Auis quasi sine uia dicit᷑.
Cā. vij. a Vnde ysidor̄ ethimol̄ .xij.
Aues dc̄e eo q̄ uias c̄tas nō ha
bent. sꝫ p auia queqꝫ discurrunt.
Auia auie ab auo dr̄ .s. mat᷑
p̄ris uł m̄ris. Auus aut᷑
ab euo .i. ab antiquitate dicit᷑.
scilꝫ pat᷑ p̄ris uł m̄ris
Aula sic dic᷑ ysidor̄ ethimol̄.
.cā. iij. xv. domus est regia siue
spaciosum habitaculum porticibꝫ
quatuor conclusum. Item aula dr̄
scrinium in quo res reponunt᷑.
Vnde plancius in aularia. qua
drilibrem aulam auro honustā
ego hēo. Vnde ⁊ comediā suam
uocauit aulariam uł aulularia
eo q̄ ī eā de quadā aula .i. c̄tam
capsella auro plena mentō fiat.
Sꝫ de hoc nich ad p̄sēs.
Autor sine .c. dr̄ ab autentin
grece ⁊ est cōis gn̄is. Vn
tos ne bibat ymbres puteus per-
ennes iugis aq[ue]. Idem in lib[ro] s[er]mo-
nu[m]. Ortus ut [et] tecto uicin[us] iugis
aque fons.

Jugum uocat[ur] cacumi[n] mo[n]tis.
Et d[icitu]r a iungo. iungis. q[ui]a p[ro]pin-
quitate iugor[um] colles iu[n]gu[n]t[ur].
Et assig[na]t ysid. differ[enti]am inter
collem. iugum. [et] cumulu[m]. dicens
Cā. viij. i[n]. xiiij. ethimol. Colles sunt p[re]mi-
nentiora iuga montiu[m] q[ua]si colla.
Juga aut[em] montiu[m] ex eo appellata
sunt. q[uo]d p[ro]pinquitate sui iungu[n]-
tur. Cumulus est mons. q[ua]si tume[n]s
tellus. Item cumul[us] [est] t[er]ra [con]gesta.
v[e]l nulla memoria est. Item a iugo. d[icitu]r
iugosus. sa. sum. i. montuosus.
[et] cacuminosus. Jugum etia[m] d[icitu]r
ligneu[m] instr[umentu]m. quo boues iungu[n]-
tur. et p[ro]p[ter] q[ua]ndam similitudine[m] iugu[m]

dicit[ur] seruit[us]. Vide infra ubi ex-
ponitur mons.

Jugulare. i. iugulu[m] incidere.
d[icitu]r a iugulo. Et no[ta] q[uod] dicit[ur] h[ic]
iugulus. p[ro] gutture. u[e]l p[ro] gut-
turis i[n]cisione. Vn[de] lucani. ij.
hic dabit hic iugul[us] p[re]ce[m] fine[m]q[ue] X
malor[um]. Item. x. 6. Jugulus ince-
saris hausit. hoc p[re]stare pot[est]. hoc iu-
gulum d[icitu]r p[ro]p[ter] iugum. diminutiuu[m]
est a iugo.

Juniperus arbor est. cui[us] cine-
res. pleno anno seruant igne[m].
Vnde d[icitu]r iunip[er]us. q[ua]si gignens
pir. i. igne[m]. Vn[de] dicit ysid.
in. xvij. ethimol. Junip[er]us g[re]ce Cā. vij.
dict[a]. siue q[uo]d ab amplo in angustu[m]
finit. ut ignis. siue q[uo]d [con]ceptu[m]
diu teneat igne[m]. adeo ut si prune
ex ei[us] cinere fuerint [co]p[er]te. usq[ue] ad an-
nu[m] p[er]seuerant. pir enim ap[u]d grecos di-
citur ignis.

Jurgiu[m] sed[m] papiam dicitur
[con]uiciu[m]. causa. lis. [con]tentio.
Et d[icitu]r a iurgo. gas. q[uo]d est rixa-
ri. u[e]l litigare. [et] p[ro]p[ri]e i[n] causis
agendis. Vn[de] d[icitu]r iurgare. q[ua]si iure
age[re]. u[e]l iure garrire. Et dic[it] ysid.
ethim. xviij. Jurgiu[m] d[icitu]r q[ua]si iur- Cā. xv.
is garrium. eo q[uo]d h[ii] qui causa[m]
dicu[n]t. iure disceptant. Item iur-
gare dicitur reprehendere. castiga

re. corrigere. culpare. ubis ipugnare.
et secundum hec construitur cum accusativo. Ita
dicit hugucio. et per compositionem ob
iurgo. gas. Et non quod iur
go et obiurgo pro litigare. neutra sunt.
In alia significatione sunt activa. et in eadem
significatione inveniuntur iurgor. aris. et ob
iurgor. garis.
Us. aqua. ius. regimen. ius dicitur
esse potestas. Ius etiam dicitur
brodium vel aqua ⸫ coquuntur car-
nes porcine que etiam sunt
iudeis. Ysa. lxv. b.
in qua
Iuventus. vel iuventa. dicitur
etas iuvenilis. scilicet a. xxviii. an-
no. usque ad quadragesimum annum.
vide. S. in expositione adoleo. lesco.
Ixon. ixonis. avis est de genere
vulturis. albe. et est minor
quam vultur.
Kalende dicuntur primi dies men-
sium. sic enim dicitur in corpo-
re. Tres dies sunt in quolibet men-
se. specialia nomina habentes. a quibus
denominantur omnes alii dies. apposi-
tis numeralibus dictionibus scilicet kalende. no-
ne. idus. Dies iniciales men-
sium dicuntur kalende. quasi colende.
Quia prima dies cuiuslibet mensis.
colebatur antiquitus in honore
iunonis. Unde ovidius in libro fas-
torum. Vendicat ausonias iuno-
nis cura kalendas. Vel dicun-
tur kalende a kalo quod est vo-
co. quia presbiter ascendebat locum emi-
nentem. et clamabat tociens kalo.
quot dies erant usque ad nundin-
as. vel tociens per quot dies debe-
bant durare nundine. Et ideo
dicuntur kalende in plurali numero.
hoc autem fiebat ut mercatorum adven-
tus et recessus a latronibus occul-
tarentur. nesciebant enim latrones
quare presbiter tociens proclamaret. et
ita nesciebant quando ponere deberent
mercatoribus insidias in viis. vel
dicuntur kalende a kalo quod est bonum.
quia in primo die mensis solebant
amici quedam bona sibi invicem
dare. ut per totum mensem bene eis
eveniret. None autem dicuntur
a non. quia nullus deus habuit festum
in nonis. Unde ovidius. Nonarum
tutela deo caret. id est nona caret
tutela dei. ut fiat in pullage. Vel
dicuntur none a nundinis. quia per tot
dies durabant nundine quot
sunt none. Vel dicuntur none.
quasi nove. propter instituta innovata.
et renovata singulis mensibus
quondam apud romanos. Idus
vero dicuntur quasi divisiones. ab iduo. idu-
as. quod est divido. dis. quia divi-
dunt mensem fere in duas partes .8.

equales · ul' q2 tūc diuidebant' nun
dine · Ab istis g° trib3 dieb3 appellati
de omnib3 nūdinalib3 denoīant' alii di
es · ut · xi · kalendas marcii · i · xi · die
precedente kalendas marcii · Silr
· iiii · nonas · i · iiii · die añ nonas ·
Et · viii · id° · i · viii · die ante idus ·
Si queratur quare nō dr̄ · ii · klas ·
et · ii · nonas · et · ii · id° · sic dicit'
· ii° · 7 · iiii° · Sz dr̄ p'die klas · p'die
nonas · pridie idus · ratio est q2 h'
dictio scđo dicit' a sequor sequeris · Vn̄
scđo h' si dicetur · illa dies debet seq' ·
7 est sensus · ii° · klas · i · die seque͂
te klas · 7 sic de aliis · q2 g' nō de
sequente · sz de p'cedente die fit
mentio · Ideo querent' dr̄ p'die ·
ñ · ii° · et est sensus · p'die klas ·
p'ori die ante klas · ul' die preceden
te klas · Et silr expone p'die non̄ ·
7 p'die id° · Nō qđ quando scđm fe
sta que in martyrologio recitan
tur ī klis · nonis · ul' ydib3 · annu
tiantur · dz ille qui legit p'ferre p'
dictos dies ablatiue · ut dicat sic · ka
lendis maii · luna prima · Similiter
nonis maii · luna tercia · silr ydib3
maii · luna · viii · Et est sensus · ka
lendis maii · luna prima ī klis maii ·
Et silr expone de nonis · 7 ydi
bus · Qn̄do uero festa q̄ recitan
tur precedunt klas · nonas · 7 yd° ·

tunc debent p'ferre in accusatiuo ·
ut dicatur · xi° · klas maii luna
prima · q · d · luna erit prima · xi · die
añ klas maii · Et silr expone
de nonis · 7 idib3 · Vn̄ uersus ·
Dic lector nonas · sic ydus atq3 · R ·
klas · Cum precunt festa q̄ recitan
tur eas · Sz dicas nonis · sic ydib3 ·
atq3 kalendis · Qn̄do scđm festa
colunt' in his

Labia uocat ysid' i · xi° · ethimo
log' · a lambendo noīata s' · Ca° · i ·
Qđ autem sup' ē labium dici
mus · qđ īferi' eo q' grossi' ē labru ·
alii uirorum · alii mulierum labia dicunt ·
Quedam · n · asperitas pilorum est ī
labiis uiri que nō est in labiis
femine · 7 illa denotat' p hanc
litteram · r · que asp'e sonat · cum dici
tur · labrum · labra · Alii dicunt labrum
uasis · 7 labium oris · Equiuoce tn̄
frequenter inuenitur enim labium
uitis · i · reflexio quedam ī sum
mitate que solet fieri ornatus
causa · ul' ipsa extremitas ī parte su
ori · Inuenitur etiam labium me
se · i · margo · ul' extremitas · Item
labium · ul' labrum a lauando · dici
mus lutum · ul' aluen · ul' quodcumque
uas factum ad lauandum · Vnde illud
exo · xxx · d · facies 7 labium · siue
labrum cum basi sua ad lauandum ·

dicit glo. Labium erat vas in quo
lavabantur ingressuri templum dei et
sacrificaturi et vestes sanctas accep
turi et deposituri et egressuri de specu
lis nocturnum fecitque excubabant
ad ingressum tabernaculi. Sic igitur dicitur
labium quasi lavium.

Labrusca est vitis agrestis
que in terre marginibus nas
citur. et inde labrusca dicta a la
bris id est extremitatibus terre. Sic ex
Ca. v. ponit ysidorus ethimologiarum xvii. Dici
tur igitur labris excrescens vel quasi la
bra capiens.

X Lac liquor est mamme. pisces
lactes habent in se. Hec lactis que
dam pars est intestinorum piscium
alba mollis et tenera. Item lactis.
ut dicit huguicio est illud intestinum
vel pellicula in qua lac in quibusdam
partibus coagulatur. Unde persius. qua
tu mercede deorum emeris auriculas
pulmone et lactibus unctis.

Lactus id est superior pars brachii.
et dicitur a lacerto as. eo quod sit
ad lacertandum habilis. et quia a corpore
videtur laceratus. Unde hic lactus et
hec lacerta dicitur quedam reptile de quo
Ca. iiii. dicit ysidorus ethimologiarum xii. lacerta rep
tile genus vocatum est. ideo quod bra
chia habeat. Genera lactorum sunt
plura. ut botrax vel botraca. sa

lamandra. saura. stellio. botraca
dicta quod rane habet faciem. Nam
greci ranam botraciam vocant. Sa
lamandra vocata quod contra incendia Salamandra.
valet. cuius vis inter omnia venenata
maxima est. Cetera enim singulos feri
unt. hec plures pariter interimit. Nam
si arbori irrepserit omnia poma inficit
veneno. et eos qui ederint occidit.
que et si in puteum cadat vis vene
ni eius potantes interficiat. Ista contra in
cendia repugnans. ignes sola
animalium extinguit. Vivit enim
in mediis flammis sine dolore et con
sumptione. et non solum non uritur sed ex
tinguit incendium. Saura Saura.
lactus est qui cum senescit. cecantur
oculi eius. et intrat in foramen parietis.
aspiciens contra orientem. et orto sole
intendit et illuminatur. Stellio de co
lore inditum nomen habet. est enim
tergore pictus lucentibus guttis
in modum stellarum. Unde ovidius in v. me .8.
thamorphoseos. aptum quod colori nomen
habet variis stellatus corpora guttis.
hic autem scorpionibus adeo contrarius
traditur. ut viso eo pavorem hiis
afferat et torporem. Item lacta vel
lactatus est complexio brachiorum quantum
tum scilicet spacium potest quis cum brachi
is complecti. Item a lactus. lac
tosus. sa. sum. id est fortis ....

Lacinia vestis lacera vel hora ve
stimenti dicitur a lacero ras. Ita
dicit hugucio. Unde super illud tren.
iiij. Eciam non poterunt scrutare tenue
runt lacinias suas. dicit Ieronimus in ori
ginali. cum non possent incedere sicut ceci au
dierunt tecto tramite incedere tenuerunt
lacinias suas. id est aliorum ducatum
expetebant. ut eorum actuum exemplis.
quasi quibusdam laciniis tracti gressum
imitarentur precedentium. Unde lacinio.
lacinias. i. lacerare. et laciniosus.
sa sum. i. laceratus vel pannosus. Ita dicit
.x. papias. In grecismo scribitur sic. Au
cupis est laqueus. clamidis quoque laci
nia nodus. ac depictorum laquearia dic
thalamorum.

R Lacteo. lac suggo. lacto. lac
probeo nato. Infans dum lac
tet. huic nutrix sedula lactet.

Lactuca dicta ex eo quod habun
dantia lactis exuberet. seu
quia lacte nutientes feminas im
plet. Hec et luxuris venus usum coh
Cā. x. cet. verba sunt ysidori in. xvij.
ethimologiarum. Macer autem de viribus her
.R. barum dicit sic. Frigida lactuce
vis constat. et humida valde. Unde
potest nimios hec massa levare ca
lores. Et prestabit idem sumpta dabis
si bene tritam. utilis est stomacho. sop
num dat. mollit et alvum. Omnibus
hiis melius prodest decocta comesta.
et stomacho prodest non lota comes
ta medetur. Lactuce semen compo
nit sompnia vera. Cum vino
bibitum. fluxum quoque reprimit alui.
lac dat habundanter nutrici sumpta fre
quenter. Ut quidam dicunt. oculis
caligo datur. hiis quibus assidue
fuit cibus eius in usum.

Lacuna que alio nomine dicitur
lacus. et est receptaculum aque
pluvie differt a stagno. Stag
num enim aqua stans artificio ha
bens pisces. piscina autem est aqua
stans artificio carens piscibus. et
dicitur a pisce per contrarium. Lacus autem
est aqua stans naturaliter. vel per
fluens. sive habet pisces. sive non.
Item lacuna dicitur fossa ubi remanent
ent aque post effusionem imbrium.
vel ad quam confluunt immundicie. et
est proprie iuxta fores. sic foveta exteriori.
et quadam similitudine lacuna dici
tur venter. vel fossa ventris. Et
a lacuna vel lacu dicitur hoc lacunar.
scilicet testudo que solet esse in cameris ar
cuata in modum lacune. et hoc lacuna
rium per eodem. Item lacuna dicitur quie
tio trabium et suppellex domus. vel
locus ubi tota suppellex reponitur.
Item idem est quod lacunar. et dicitur a
lacu. et inde lacuno. nas. i. ad mo

Lodium lacune curuare. Ita dicit huguicio.

Lacus a liqueo. es. dicitur cuppa ubi uinum decurrit. Unde dicit ysid.
Ca. viij. ethimol. xv. lacus dictus quia ibi
Ca. xx. decurrit frugum liquor. Idem xiii. lacus est receptaculum in quo aqua retinetur. nec miscetur fluctibus. Unde lacus dicitur quasi aque locus. quorum aliquos hic scribimus.

ysid. ethimolog. xiii. C. xx. Lacus assalti uocatur mare mortuum. Nam neque pisces habet. nec assuetas aquis et letas tingendi usus patitur aues. sed quecumque uiuentia mergendi temptaueris quacumque arte diuulsa demersa statim resiliunt. et quamuis uehementer illisa concussa excutiuntur. sed nec uentis mouetur resistente turbinibus bitumine. quo aqua omnis stagnatur. nec nauigationis patiens est. quia omnia uita carentia in profundum mergunt. nisi materiam illam sustinet. nisi que bitumine illustratur. lucernam accensam ferunt supernatare extinctam demergi lumine. hec et mare salinarum dicitur. siue lacus assalti id est bituminis. et est in iudea inter iericho et zoaram.

.R. Ista solent quarti uariari sub secunda. Cum lauro quercus. pinus. corulus. quoque ficus. hiis colus atque domus penus. et lacus associantur. Et tamen cetera quibus associabitur ortus.

Id. id. Lacus tiberiadis ab oppido quod est tibiadis uocatur. est quod quondam herodes in honore tiberii cesaris condidit. Est autem in iudea omnibus ysid. (cod. ca. & seq.) lacubus salubrior. et ad sanitatem corporum quodammodo efficacior. circuit stadia decem. Id. id.

Lacus genesar amplissimus in iudea. longitudine c. xl. extenditur stadiis. latitudine. xl. diffunditur. crispantibus aquis auram non uentis sed de semetipso sibimet excitans. Unde et genesar dicitur greco uocabulo quasi generans sibi auram. Denique per diffusoria loca lacus frequentibus auris spirantibus agitatur. Unde et purior haustus est. et ad potandum dulcis et habilis.

Laganum dicitur latus primus et tenuis. non compressus. sed latus oleo. Quidam tamen dicunt laganum panem coctum in aqua. ut sit tertium genus panis. a cocto in clibano. et cocto in craticula. Ita dicitur in historiis super leuiticum. hugucio dicit quod laganum est quoddam genus cibi quod primus in aqua coquitur. et postea in oleo frigitur. et sunt lagana de pasta quasi membranule quedam que statim in oleo friguntur et sunt suauia ad comedendum. ut ea

pro leporina. Unde laganum dicitur a lagos
quod est lepus. Greci lagos dicunt cursus.
Unde lepus dicitur propter velocitatem su-
am. Accentus huius nominis laganum
patet per illud Oracii in ii sermonum. Ubi
dicit. Inde domum me ad porri et ci-
ceris refero laganique catinum.
Ca. vi. Lagena grece vas est vinarium.
Unde Ysidorus ethimologiarum xx. ubi
loquitur de vasis vinariis. Lagena
et sicula greca nomina sunt inflexa ex par-
te ut fierent latina. Illi enim la-
genos: nos lagena. Illi siculen nos
siculam siculam dicimus. Unde hec lagun-
cula diminutivum a lagena.
Laicus panis dicebatur pan-
is communis quo quilibet vesci po-
terat. et dicitur a laos quod est populus. Unde
laicus ca. cum. i. popularis. et distinguit
magister in hystoriis super leviticum tria
genera panum. panes scilicet sacerdotales.
leviticos et laycos. Sacerdotales
erant panes propositionis et primitiarum.
qui de primitiis sumptu fiebant. quos non
licebat edere nisi solum sacerdotibus. Pan-
es levitici qui et offertorii quibus so-
li de genere levi vescebantur. et qui pro
maculam ministrare non poterant. et
filia familias. sed non maritata vel
vidua vel repudiata nisi necessitate re-
diret ad domum patris sui ut esset
familias quasi filia familias. huiusmodi non

vescebantur advene. inquilini. et
mercenarii sacerdotis. Verna tamen et emp-
ticii ipsius vesci non poterant. Laici
idest communes. quibus quilibet pot-
erat vesci. Verna exponitur. vide in expo-
nitur vernaculus.
Lambo. lambis. bi. bere. lam-
bitum. i. lingue tractim lin-
gua contingere. quidam dixerunt lam-
bo. bis. bui. pertinere ad homines. et
lambo. bis. bi. pertinere ad canes.
Sed priscianus tamen lambi posuit in preteri-
to. et assumit lucilium dicentem. Iacui-
de quasi puer qui lamberet ore placen-
tas. Unde secundum priscianum debet dici
lamberunt. et non lambuerunt. Iudicum
vii. b. licet fere omnes biblie contra
habeant ibi lambuerunt quod forte
accidit vitio scriptorum.
Lamentor. taris. dicitur flere.
dolere. vel tristi dolore expri-
mere. vel conqueri. Unde et hoc lam-
tamentum. et per syncopam hoc la-
mentum. Ita exponit huguicio.
Lamia sicut dicit papias genus
est monstri. ut quidam af-
firmant. et ysidorus ubi ysidorus ethimologiarum Ca. xi. prope fine
viii. lamias quas fabule tra-
dunt infantes corripere ac laniare
solitas. a laniando specialiter dictas. Dicitur
enim lamia quasi lania a laniando. quia
fabulantur vetule. lamias ...

clausis domos intrare. infantes corripere. et laniare. et postea uiuos restituere. et hiis faciem hominis sed corpus bestiarum. Sed super illud .iiij. treni. Sed et lamie nudauerunt mammas. dicit glosa. lamia crudelior suis fetibus quam cetere bestie dicitur. Unde lamia. que lamia dicitur quia catulos suos laniare fertur. lamia hebraice. lilit. nominatur. quam quidam hebreorum unam de furiis suspicantur. que dicunt parere. eo quod nulli pariunt. Item ysa. xxxiiij. dicit glosa. lamia pedes habet equinos. cetera feminea.

Lamina diminutiuum est. a lama. ut ait huguicio. Est autem lama .me. latum frustum auri. uel argenti. uel alterius metalli. et dicitur a latus .ta. tum.

Lancea est hasta. amentum habens in medio. Dicitur autem lancea eo quod equa lance .i. equali amento ponderata uibretur. amentum uinculum est iaculorum hastilium quod in mediis hastis [aptatur] et inde dicitur amentum eo quod media hasta religatur. et iaculatur. apud modernos communiter accipitur lancea pro hasta.

Lanceola dicitur subtile ferrum preacutum. cum quo minutores aliqui pungendo uenam aperiunt. in minutione aliqui cum flebothomo uenam percuciunt. Unde et flebothomia dicitur minutio. lanceola diminutiuum est a lancea.

Lanugo sicut ait papias. est puber barba. siue prima capillatio in barba. a similitudine lanarum dicta. Item lanugo dicitur flos tribuli. qui postquam bene exsiccatus est leui flatu effertur in aerem. et dicitur a lana. quia lane colorem habet. et quia leuis et suauis est ad similitudinem lane. Unde dicitur sap. v. Spes impii tanquam lanugo est. que a uento tollitur.

Lappa genus est tribuli. herba spinosa. de qua dicit ethimol. xvii. [ysid. Capitulo ix.] lappa dicta quod habeat caulem ingentem per terram dispositum. hec herba agrestis philantropos uocatur. quod uestibus inhereat ob aspitatem. [siui] et nascitur iuxta muros. phylantropos dicitur a philos quod est amor. et antropos quod est homo. quia quadam affectione uidetur hominum uestibus adherere.

Lappates dicuntur cibum ex oleribus confectum. Ita dicit glosa. Judith. x. b. Unde alexander neckam sic ait. lappates est cibus et olus componit eundem secundum huguicionem. Lappates genere fiet sicce.

Lapidicina dicitur locus ubi lapides

Lceduntur.

Cā. viij. Laquearia sic dicit ysid. ethi
mol. xv. sunt que cameram sb
tegunt & ornant. que & lacuna
ria dicuntur. Sz scdm hugwicōem hoc
laqare. laqaris. dr̄ quinctō trabi
um in sūmitate domꝰ. uel laquea
ria sunt. que sup tigna ponūtur
& in ipsis illaqueant͛. It͛ dicit q̄ h
laquear. ipsa testudo camere dicit͛. ad
instar laquei curuati fc̄a. & alio no
mine dr̄ testudo. & lacunar. & hoc
laqariū. id est qd laquear. oīa
a laqueo diuant͛.

Laqueat͛. ta. tū. dr̄ laqaribꝰ
ornatus. uel testudiatus et
ad modū laquei curuat͛. vn̄ aggei
p͛mo. a. v̄ nos dicis. Nunq̄ tp̄s
ē uob. ut hitetis ī domibꝫ laque
atis. septuaginta dicunt ī domibꝫ cō
cauis. Item laqatus dr̄ a laqueo
capt͛. uel ligat͛. et dicit͛ a laqueo.
laqās. qd est laqueo cape uel ligare.

Latrus ut dicit glō. leui. xi.
aīal est tam in t͛ra q̄ in aq.
hitans. uolat enī & natat. Item
deut͛. xiiij. dicit glō. ut auis uol
at ut aquatile natat. vn̄ ī au
rora scribit͛. laur͛ flumīs ē hi
tator & incola t͛re. Nā natat
ut piscis & uolat ad instar auis.
pua auis & nigra ē & pinguis.
semp hitans iux͛ aquas. nec po
test longe uolare. vn̄ & agiles
hoīes freq̄nt͛ eū capiūt uolando.
et dicitur gallice ralle.

Lasciuus. ua. uū. dr̄ petulans.
& luxuriosus. vn̄ lasciuia. i.
uoluntas. petulantia libido. uel
luxuria. Int͛ lasciuiā aut͛ & petu
lantiā. h̄ differ͛a est. q2 lasciuia a
luxu. petulantia a temeritate uo
catur. petulantia aut͛ libido dr̄.
ab eo qd quis petit male alienū
pudorem. lasciuus h̄o dcīs q2
sit luxu solutꝰ & uanus. Itē di
cit papias. & a lasciuo dicitur
lasciuio. cuus. i. luxuriari. lu
de. lasciue se gere.

Later lat͛is dicit͛ argilla coc
ta. de qua fit murꝰ. & tegi
tur domꝰ. et dr̄ lat͛ a latus. ta. tū.
q2 lat͛ formatur. vn̄ laticl. cia. ciū.
de latibꝰ existens.

Lat͛na. a lateo. lates dr̄. q2 ī
latet candela. Quidā sim
plices dicunt lat͛ua. qd nich est.

Lathomꝰ. celator lapidū. et
dicit͛ a laos qd est lapis et
thomos qd ē diuisio. incisio. uel sec
tio. q2 incidit lapides & diuidit.

Latrina a lateo. tes. dr̄ p̄
uatꝰ secessus. que & p̄ua
ta dicit͛. q2 ī p̄uato loco latet

Li domo. Sed super illud iiii Reg. x. c. Destruxerunt edem baal et fecerunt pro ea latrinas. dicit magister in hystoriis. id est subterraneos cuniculos ad mundandas vias urbis. Nota quod hic cuniculus, huius cuniculi. unde et hic cuniculus diminutivum dicitur scilicet via subterranea et occulta in modum cuniculi facta ad capienda castra. Unde et hic cuniculus dicitur quedam avis subterraneum in cavernis habitans. Vel dicitur cuniculus quasi caniculus, quia canum indagine capitur. Quod autem dicitur latrina a latitatu, quia avis i latr. turpis ethimologia est.

foramen

Latro a latendo dicitur vispilio qui in silvis latet ut spoliet homines. Unde hoc latrocinium et latrinor, aris, id est predari et latrocinium exercere. Unde Iesus scilicet proditos Iude vel exspoliatur fur.

Laurus sicut ait Isidorus ethimologiarum xvii. a verbo laudis dicitur. hac enim cum laudibus victorum capita coronabantur. apud antiquos enim laudea nominabatur. postea d subtracta et r subrogata. r. dicta est laurus. et sequitur nunquam deponit viriditatem. inde illa potius victores coronabant. Solaque hec arbor vulgo fulminari minime creditur.

Ca. viij.

Lebes, lebetis dicitur olla enea. caccabus seu caldaria. et hec lebeta, lebete in eodem sensu. Unde Isidorus in xx ethimologiarum. lebete enee greco sermone vocate. Sunt enim olle minores in usum coquendi parate. lebes masculini generis est. Versus Virgilii Eneidos v. b. Terna dona facit. geminos ex ere lebetes. Item Ovidius methamorphoseos xii. Vina dabant animos et prima quoque pocula pugna. missa volant fragilesque cadi curvique lebetes. Et sic dicit Huguccio. lebes duplicem habet accusativum scilicet lebetem vel lebeta. Unde hec lebeta in eodem sensu dicitur.

Ca. viij. — v. — o. — v.

Lechitus dicitur vas amplum de auricalco. Ita dicit Huguccio.

Lecthica secundum Huguccionem dicitur currus in quo defertur lectus. vel cortina circa lectum vel super lectum. et tunc secundum quod dicit Isidorus in xx ethimologiarum. dicitur lectica a lectis hominis. et dicit Isidorus quod lectice sunt plutei. Sponda enim dicitur exterior pars lecti et pluteus interior. et producit penultimam. Unde Ovidius. lectica domine dissimulanter adi.

Ca. xi. — v. — o.

Lectus ti. a legendo dicitur. quia antiquitus in lectis solebant legere. et dicit Isidorus in xx ethimologiarum. quod geniales lecti proprie sunt qui sternuntur puellis nubentibus. sic dicti a gnandis liberis. Nota illus dif

Ca. xi.

vel gignandis.

v. ferentales de gentismo. lectus si
nox. decūbentis q̄z grabatū. est
sponsi. sponse q̄z thorus. thoreu
ma q̄z tegū. thoreuma. a torno
dr̄. uas tornatū. ul' quicq̄ torna
tur. ⁊ celatur. siue uas siue ⁊
lect⁹. Ita dicit huguicō. thor̄ ē
īstr̄m tornandi. Vn̄ sic papias
dicit. thoreumata dr̄r uasa e
torno facta.

LEgo legas. mitte̅. Vn̄ le
gat⁹. ti. tū. i. missus. ⁊ hic
legat⁹ dr̄ nūcius ab aliquo mis
sus. Item lego. gas. dicit̄ aliq̄
ī testamēto. alicui dimitte̅. Vn̄
hoc legatū. dr̄ illō qō in testamēto
v. dimittit̄. Versus. Q' mittit legat.
moriens sua munā legat. lega
tus missus. legatū morte relic
tū est. Prima dico lego. tcia di
co lego. Prima ↄiugatiō facit
dico. dicas. ⁊ lego. gas. tcia cō
iugatiō facit dico. cis. ⁊ lego. gis.

LEgo. legis. dicit̄ furari. col
lig̅e. tūllere. scriptā p̄ferre. et
v. plurīmq̄ ponitur p̄ studē. Versus. fur
aurū. uirgo flores. mare nau
ta. libros. Clericus equiuoce singu
la quisq̄ legit.

LEgio. onis. dicit̄ a lego. le
v. eligebat'. gis. q̄z legebant̄. qui de legi
one deberent ēē. ul' legio dicebat̄.

a lex. legis. q̄z lege in castris se leg[a]
bebant. ul' q̄z lege ī legione dispo[s]i
ti erant. Hec aut̄ lingua macedo
nū dr̄ phalanx. ul' phalanga. g'llo
rum cetria. nr̄a legio. et sūt ī le
gione. vi. milia. sexcenti. sexagi
ta. sex hōīes. In cohorte. l. In ma
nipulo. cc. In centuria. centū. In
turma. ul' in ala. xxx. Sz turma
est peditū. ala. militū. In decania
decem. Ita dicit huguicō. ⁊ acce
pit de. x. lib̄ ysid. ethimol'. De
legione dicit̄ uirgili' eneid. viii.
b. Omīs p̄ muros legio sortita v
piclum. Excubat. exercetq̄ uices
qō cuiq̄ tuendō. est.

LEgittim⁹. ma. mū. dicit̄
bonus. sc̄dm legem institus.
ul' factus.

LEgimen dr̄. qī lectū ma
nu. et ē ethimolia. ⁊ sicut
dicit ysid. ethimol'. xvii. legu Ca. iiij.
mina. a legendo dc̄a sūt. qī electa.
uetes enī meliora queq̄ legebant.
siue qō manu legant̄. nec secti
onem requirant.

LEns. lentis. gen⁹ est legu
minis. et dicit̄ a lentus.
lenta. tū. q̄z humidā ⁊ lenta ē.
Vbi sūt ysid. ethimol'. xviii. v Ca. iiij.
sus. Lex lens. lendis. capiti v.
lens. lentis. conuenit ori. est

bona lens comedi. non lentigo fi
eri. Dicit enim papias. lentigo
est vestigium macularum parva rotundi
tate formata a similitudine lenticule dicta.
Unde lentiginosus .sa. sum.

Lenticula diminutivum est a lens
lentis. et est idem quod lentigo.
scilicet parva et rotunda macula in carne.
ad similitudinem lentis. Item dicit hu
guitio. In historiis dicitur quod lenticula
est vas fictile quadrangulum. habens fo
ramen in latere. Ysidorus .l. xx. ethi — Ca° viij.
mol. dicit sic. lenticula est vas ole
arium ex ere aut argento factum.
a linimento dictum. hoc enim reges et
sacerdotes liniebantur .i. inun
gebantur.

Lentus. ta. tum. dicitur flexibi
lis. ut lenta salix. Item len
tus dicitur ociosus. tardus. piger.
mollis. non fortis. Unde arthus dici
tur lentus. Item lentus dicitur non len
tus scilicet bonum. ut frumentum dici
tur lentum. cum non est bene siccum.
et dicitur a lentio. lentis. quod est pla
care. hululare. lenem facere.

Leonis vocabulum ex greca ori
gine inflexum est in latinum.
grece enim leon vocatur. et est no
men nothum. quia ex parte corrup
tum. leena vero totum grecum est. sicut
dracena. ut autem leena leo dicatur

usurpatum est a poetis. Ita dicit
Ysidorus. ethimol. xij. Sunt autem — Ca° ij.
aliqui qui dicunt quod leo dicitur a leo. les.
quod est delere. quia leo .i. delet ves
tigia sua cum cauda. Ysidorus autem non dicit.
est. immo leon grece. leo latine ut supra
dictum est. Item dicit ysidorus. ethimol. — Ca° ij.
xij. leo grece. latine rex interpretatur.
eo quod princeps est omnium bestiarum. quorum
genus triplex dicitur. e quibus breves
et iuba crispa imbelles sunt. longi
et coma simplici acres. animos eorum
frons et cauda indicat. virtus eorum
in pectore. firmitas eius in capite. Sep
ti a venatoribus tirum contuentur. quo
minus conspectis venabulis terreantur.
Rotarum timent strepitus. sed ignes
magis. cum dormierint vigilant ocu
li. cum ambulant cauda sua coope
riunt vestigia. ne eos venator in — sua.
veniat. cum genuerint catulum. tribus
diebus et tribus noctibus dormire re — catulus
fertur. tandem de patris fremitu vel
rugitu. velut tremefactus cubilis
locus suscitare dicitur catulum dormi
entem. Circa hominem leonum na
tura est. ut nisi lesi nequeant irasci.
ci. patet enim misericordia eorum exemplis
assiduis. prostratis enim parcunt. cap
tivos obvios repatriare permittunt.
hominem non nisi magna fa
me interimunt.

Lepra est asperitas cutis squa
mosa. lepide herbe silis. vn
nomen sumpsit. Cui color nunc in
nigredine uertitur. nunc in albore.
nunc in ruborem. i. corpore hois ita
lepra dignoscitur. si variatim int
sanas cutis partes diuisus color ap
pareat. aut si ita se ubique diffun
dat. ut omnia vnius coloris cetus
adulterium faciat. Ita dicit ysid. in
iiij. ethimol. Ca. viij.

Lepra in capill. allopicia. dicitur
aut allopicia. ut dicit ysid.
ethimol. iiij. capillorum fluor. cir
cumceptis pilis. fuluus. acris qui hu
te hui'tabus. uocata h nole a silitudi
ne aialis. uulpecule. quam greci allo
piciam uocatur.

Lepus dr qui leuipes. qr le
uis est pedibus. et uelociter
currit. Vn et gtex p cursu lagos
dicitur. Velox enim aial est. et satis
timidum. Ita dicit ysid. in xij.
ethimolog.

Leuiathan serpentem uecte.
ysa. xxvij. a. sic exponit glo.
leuiathan additamentum eorum. Rec
te aut additamentum eorum dicitur. qr
primum malam culpam mala suggesti
one intulit. hanc cotidie mal'
auget persuasionibus non desinit. in
serpentis tortitudine fluxa mol

licies. in uecte aut dura rigiditas.
ut quo hunc durum significaret et
mollem. et uectem noiat et serpe
tem. Durus quippe est p malicia.
moll' p blandimentum. uectis dr.
qr usque ad necem perutit. serpens
aut. quia insidias molliter insidiat.

Leuigo. gas. dr applanare.
lene. i. planum facere. vn dr
leuigo. qi lene ago. lene enim
dicitur planum. et leue non ponderosum.
Vn uersus differ'. Pro plano le
nis. p leuitate leuis. Vn leuiga
tus. ta. tum. dr planatus. et h leui
ga. ge. instrumentum planandi. In hy
storiis. exponitur illud gen. fac tibi ar
cham de lignis leuigatis. i. poli
tis. ul' quadratis. alia litera e bituminatis.

Lex dicitur a lego. gis. Est a
lex assistens honestum. ut hib
ens contrarium. ul' dicitur a ligo li
gas. qr ligat regul' et preceptis.
Et nota quod scio. scis compoitur
cum ad. et subtrahitur. d. et dicitur
ascio. ascis. i. adiunge. ul' acquire.
Vn ascisco. ascistis. inchoatiuum. vnde
ascisens. principium. Item scio co
ponitur cum ad. et cetula differentie
retinet. d. et dicitur adscio. adsci.
idest aduocare. Vn adscisco. ad
sciscis. inchoatiuum. Ita dicit hugu.

Ca. viij.

R.

hic.

116

Libare dicitur sacrificare. fun
dere. Unde in sacris panis i
molatur et calix funditur. Item
libare dicitur primum gustare. contingere.
Vide .s. ubi exposuimus delibare
Libamen a libando dicitur
sacrificium. uel cibus. libato
rium locus ubi sacrificatur. et hoc li
bum dicitur panis immolaticius qui
alio nomine dicitur placenta. Ita di
cit huguicio. Papias ita dicit.
liba dicta eo quod libantur. hec et place
te eo quod placeant. Rosius de g
cismo. libo sacrificio. designat libo
quia gusto. libo si libet degusto. libo
quia dicis. Coram numinibus si tu
libamina ponis. In histor. dicitur
in principio leuitici. triplex eorum que
offerebantur occurrit discretio. aut
enim erat oblatio de alibus et sacrifi
cium dicebatur. aut de sicca ma
teria. ut de simila. pane et thu
re. et proprie dicebatur oblatio. aut de
liquidis. ut ut uino et oleo. que
proprie libamina uel libatio dicebatur. licet
his nominibus scriptura quandoque indifferen
ter utatur. Item alibi. libamen
et libamentum erat simila oleo
glutinata. et uinum quod cum hostia
adolebantur. ut qui panis et uinum
et caro domino offerrentur.
Libanus masculini generis est.

.R.

feniciam mons. in quo cedri sunt
altissime. Altius libani est mons a
rabie. ubi colligitur thus. ħ liba
nus quedam thus arbor est arabie imen
sa. atque ramosa. succum aromaticum
fundens. Deinde autem thus a tundendo
do. libanum uero dictum a monte liba
no arabie. Ita dicit papias. dicitur
hic libanus pro monte. ħ libanus
pro arbore. hoc libanum pro thure. et
hoc innuit glossa. eccli. xxiiii. c. quod au
tem dicitur ibidem in textu quasi liba
nus non incisus. in prologo dicitur et co
tra regulas pro sciam
Libellus repudii exponitur uel
exponitur repudium.
Liber. ra. rum. a libando dicitur.
qui non subiacet iugo serui
tutis. Item liber dicitur filius ingenuus.
ex libero matrimonio natus. Nam ex
libero patre et ancilla orti. seruilis
sunt conditionis. Semper enim qui nas
citur deteriorus parentis sequitur statum.
Item hic liber. ri. dicitur bachus. quia lib
at hominem a curis. Item hic liber.
liber. dicitur interior tunica corticis. que
adheret ligno et dicitur a libo. libas. quia lib
est et defendit intus lignum. uel quia
defenditur a cortice exteriori. uel dicitur
a libito cortice. i. ablato quia ante
usum carte. uel membrane de libris
arborum uolumina fiebant. i. copu

Sydac

ginaliter.

ginabantur. Ita dicit papias. Unde
et scriptores a libris arborum librarios
vocauerunt. Unde liber .i. codex dicitur
a libris .i. corticibus in quibus antiqui
scribebant. vel dicitur liber a libertate le
gentium quia solis libris studium le
gendi dabant. in grecismo scribuntur
isti uersus difficiles. liber .i. breuis. vel
uir sine compede natus. At liber est co
dex vel raptus ab arbore cortex.
Prima breui facitur genitiuum
briqz secundi. Pars prior est cortex.
liber altera. tertia suber.

Libertini a regione sic dicti. vel
libertini .i. manumissi qui cum
prius fuissent serui postea fiunt li
berati donati. et sic de seruili condi
cione ~~diruunt~~ fiunt. qui postmodum fi
dei christianae restituerint. Ita exponitur
in hystoria actuum .vi. De sinagoga
libertinorum et cetera. vide in prio.

Libertus est ille qui de seruo
factus est liber. et dicitur a libro li
beras. quasi liberatus. id est collibertus. et
manumissus. libertinus filius liberti.
filius libertini simpliciter iam liber
in legibus. tamen sic ait huguccio pro
eodem habetur manumissus. libertus
collibertus. libertinus.

Libertas sic ait papias con
dicionis est. liberalitas au
tem beneficientie et largitatis.

Libra .xii. unciis perficitur. et
inde habetur perfecti ponderis genus
quia tot constat unciis. quot mensibus
annus. Dicta autem libra quia sit libera.
et cuncta intra se ponderum includat.
Ita dicit ysidorus ethimologiarum .xvi. Item li Ca. xxiiij.
bra signum celeste. Vide supra ubi ex
ponitur arcturus cum ceteris signis.

Liceo. lices. licui. ere. citum. est
uacuum est. licet enim dicitur lici
tum esse. et hoc secundum varro inuenitur
personale. apostolus tamen dicit omnia mihi
licent. Sed licet impersonale in frequentiori
usu est. Item liceo. ces. in uoce
actiua significat passionem. ab alio illa
tamen scilicet appreciari. In uoce autem
passiua significat ~~passionem~~ actionem.
scilicet appreciare. et construitur cum geni
tiuo. vel cum ablatiuo significante precium.
ut liceo a te tribus obolis. vel trium
obolorum. Et similiter construitur liceor.
unde persius. Et centum grecos cur
to centusse licetur. Item in grecismo
scribitur. Non licet asse mihi qui me
non asse licetur. Item licet. liceat.
et licebit. ponitur sepe pro ista adu
sativa coniunctione quamuis non tamen
sunt coniunctiones. sed uerba. Sic dicit hu
guccio. hic centussis dicitur cen
tum asses. vel precium centum assium.
Sed persius ponere videtur pro centesi
ma parte assis. Unde dicit. Curto

xj

Licentiusse. qui modicus ul' nullo precio.
Licium. licij. dicitur filum. & pro
id qd' inodatur tele. per qd'
trahitur & ligatur. vn' dicitur li
cium. qui lignum ligando. vn' dicit
Ca° xxx. ysid. ethimol'. xix. licia sunt qui
bus stamina telarum ligantur. qui ligia.
ul' dr' licium. a licio. licis. licui. ul' le
xi. licere. licitum. ul' lectum. i. trahere.
qd' tn' no' est i usu. sz co'positur
allicio. elicio. pellicio. & c'. Ite' a li
cium. dr' hoc liciatorium. i. grossum
lignum. circa qd' ligna iuoluuntur.
qd' alio noie dicitur iugum. & e' lig
num longum & teres. Item liciato
rium dicitur loc'. in quo textor
telam ordiatur. & tunc dicitur a li
cio. licias. qd' est licium in tela or
dinare. ul' ordiri. seu licium face'.
ul' inodare licium cum stamine.
Lictor qui legis ictor dicitur
apparitor qui sedm legem
dampnatos occidebat. ul' ad ma'
datum iudicis quasi modo puniebat.
& est co'positum a lex. legis & ic
tor qd' est percussor. ab. ico. icis. ici.
icere. ictum. ictur qd' est percutere.
papias u'o dicit sic. lictores u'o
sunt apparitores. qui ante iudi
ces faces ferunt. Alexand' ne
quam facit tales usus in quodam op'
x culo suo. Impiger parens e' noie pa
ritor & te. Nom' lictoris faci
unt duo legis & ictor. Cur quia
si quis h'z agat i lege' percutit i
ipsum. Itm' lictor dr' locutor q' li
git. et dr' a lingo. lingis. linxi. li
gere. lictum. qd' est lambere. sedm hu
guicionem dicitur lictor. qui ex of
ficio portat gladium. ul' securi' an
te regem. ul' imperatorem. ut ad
puniendos reos p'sto sit. & dicitur
sedm ip'm a licio. licias. qd' est sac'
ficare.
Lignarius sic ait papias.
opifex ligni g'nali' appellatur.
Lignum dicitur a lignus grece.
qd' est lux. ul' lumen. ul' lucer
na latine. Ita dicit huguicio.
& papias reddit ro'nem dicens.
ligna dicta qd' incensa co'uertantur i
lucem. vn' hic lign'. sedm hugu
cione'. ul' meli' lichn' sedm papi
am. & h' lichni' i eod' sensu. i. fu
nis candele. qui ardet i candela. l'cicendula.
ul' accendula. luc'ne. Ulus de guil ·b·
mo. lignum de fuste. sz lign' dici
tur ee'. ardendi causa. qr uolu
tur undiq3 certi. Virgili' co'cor
dat cum papia dicens. i p'mo eneid'.
·g·. fit strepit' tectis. uace' q' p
ampla. uolutant. atria dependet
lichini laquearibz. Incensi. & c'. aureis.
Ligna thimia. sic dr' i hystor'.

sup. iii. R. Silia erunt lignis sethi.
et odorifera. Et nō q̄d thimū h.
hba q̄dam est. que sic dicit ysid.
ethimol. xvii. Florem hꝫ valde
odoriferum. Vn̄ epithimū grecum
nomē q̄d latine dr̄ flos thimi. Nā
flos grece thimū vocat̄. Item thi
mū lignū dr̄ et scribit̄ p. ch. in
plib; biblijs. Papias aūt scrib̄
p. t. dicens. Thima ligna de q̄
bus fecit salōn gradꝯ in domo dn̄i.
incognita ligna sūt etiam pcior
ib; iudeor. et ita scribit̄ in anti
quis biblijs. Vide infra ubi ex
ponitur thina.

Ligna sethim exponit magr̄
in hystor. sup. xxv. exo. di
cens. Sethim est nomē mōtis.
et regionis. et arboris que silis ē
albe spine in folijs. et ē leuissimū
lignū. et īputribile. et īcremabile.
Vn̄ in aurora dr̄. Ligna sethim
torrent. nullā putredine īcos. Sig
nant ītel' que sine fine nitent.
Spina sethim notat̄ h̄ nomē
q̄ vi q̄ penis. Et q̄ tormētis
itur ad astra di.

Ligo. ligonis. instrm̄ est r̄
ticanū. marra ut dic̄ hu
guicio. et dr̄ a leuo. leuas. q̄ le
uat terram. Vn̄ ysid. i. xx. ethi
mol. ligones dci q̄d leuent t̄ram. Ca. xiiii.
q̄i leones. ouidi' methamorph.
xi. a. Sarcula q̄ rastri q̄ grues. .O.
longi q̄ ligones. gallici appel
lant picois. l' pis.

Ligurius gēma quedam ē.
Vnde ysid. ethimol. xvi. liguri Ca. viii.
vocat̄. eo q̄d fiat ex urina lincis
bestie. q̄ īdurata est aūt sic. et
sucinū fulua attrahēs sp̄u folia
pinquitatia. Sucinus gēma que
dam est. de qua dicit ysid. ibidē. Ca. viii.
Sucinū q̄ appellant greci electron.
fului cerei q̄ coloris. Fertur arbor
is sucꝯ ēē. et ob id sucinū appllat̄.

Lilium herba est lactei flor
is. Vn̄ et nuncupata sūt li
lia. q̄i lactea. cui' dū candor sit
in folijs. auri tn̄ sp̄s intꝯ effulget.
Ita dicit ysid. ethim. xvii. Ca. ix.

Lima instrumētū est fabrile.
et dicit̄ a limando. eo q̄ le
ne faciat. Vn̄ limo. limas. pur
gare. polire. diminue q̄ lima
diminuit ferrum. et componit̄
collimo. oblimo. et elimo. Vnde
ouidi' metham. iiii. a. Elimat .B.
nō illud post tenuissima uincat.
Stamina tē. et a limo. limat̄. ti
tum. Virius. limatos gladios f̄ .R.
bitꝰ dīe debes.

Limus limi est t̄ra humida
et cenosa. sic est ī pfundo

aque. ⁊ inde dr̄ limo. limas. i. limo
implere. Item sc̄dm papiam. limi.
lima. limū. qui hr̄ obliquatos ocu
los ⁊ oblique intuentes. Vn̄ in
·x· grecismo scribitur. Cernit in obli
quū strabo. limus in altū. Et pe
cus huc illuc. luscus quoq; lusp̄
aquiescat. tam̄ iste ultior usus
fcūs est flus. qr̄ petus. ca. cū.
pducat p̄mam sillam. Vn̄ ora
ci in sermonib3. Si qd̄ sit uicū
nō fastidire strabonē. appellat
petum p̄r. ⁊ pullū male paruū.
Vide diffinitam que ponitur infra
ū expoitur lucū.
Limes limitis. dr̄ a limū. ma.
limū. qd̄ est oblique strabo.
limes enī est callis. qui extra
viam ducit. ⁊ sr̄ p̄pe limites dicū
tur. uel in agris itinera. uel fines qui
agros limitant. ⁊ terminant. Vn̄
limito. limitas. terminare. finire
determinare.
Limpidus. da. dum. dicit̄r clarus.
politus. pspicuus. Vn̄ limpid
umū. i. pspicuū. ob aq̄ speciem dic
tum. qr̄ limphidū. limpha enī
aqua ē. Ita dicit papias. ⁊ sil̄r
Ca. iii. ysid. i. xx. ethimol. Vn̄ h limp
piditas. ⁊ limpido. das. lipidū
facē. pificare. clarificare.
Linea stricta. dicebat̄r camisia. totū corp̄ operiens. ⁊ ita strictis
manicis adherebat̄ corpi. ut nulla
in ueste rugā. ⁊ descendebat usq; ad pe
des. Vn̄ grece podis. i. talaris. Is
ta expō hētur ex glō. eze. xlviij.
Item sup leuit. viij. dicit ieroe.
q̄ sc̄dm. lxx. subucula uocabat̄.
Dicit̄r aut̄ subucula. a sub. qr̄ sub
alijs vestib3. Vn̄ oraci epistarū. ponebatur.
Vsus fine p̄me epl'e sic ait. Si
curatus inequali tonsione capil x
los. occurri rides si forte subucu
la pexe. Trita subest tunice. uel
si toga dissidet impar. Vide. s.
ū expoitur ephoth.
Linū nomē est a greco deflexum.
Nam linū grece linari
um greci uocant. uel dr̄ ex eo qd̄
molle sit. ⁊ lene. Ita dicit ysid.
ethimol. xix. Item lina dicūtur fi Ca. xix.
la. uel retia. Vn̄ linarius. i. ret̄.
Lingua dr̄ a lingendo. cibus.
qr̄ eā lingimus. uel a ligan
do. qr̄ ligat cibū. ⁊ uoces. p arti
culatos sonos. uel a ledo. dis. qr̄ den
tib3 illiditur. Vn̄ linguatus. ta.
tū. ⁊ linguosus. sa. sū. q̄ mag
nā hr̄ linguā. uel qui potens est in
lingua.
Lino. linis. liui. uel magis dif
ferentie cā ad nomē lini. leuiq;
a leo quoq; simplici. nascitur. qd̄ nō

est in usu. ex quo deleo. deleui. Vn̄
et letum dicit᷑. q᷑ delet uitam.
verbi sc̄ꝫ p̄scianum. Dicim⁹ ergo
sc̄dm p̄scianū. lino. linis. leui. line-
re. litū. litu. est aut̄ linere ori do
lii opculū appon̄e. coop̄ire. obtu
rare doliū. Item linere d᷑ inficē
decip̄e. glutinare. ⁊ p̄p̄e i hac
signi͡ficatione d᷑ linere cū una res quasi
inficiendo supponitur alt̄i. Tunc
p̄rios linitur. cū calce sup̄ducit᷑.
ul' litū. It̄ linere. i. destruē dele-
re. Vn̄ h̄ litura. i. delectō. ul' sup̄
inductō. Ita expōit huguicō. Nō
q᷑ lino. linis. ⁊ ab eo cōposita. corr
puit hanc sillabam. li. ⁊ faciunt
p̄teritum in leui. ⁊ supinū in litū.
penultimā correptā. Est enī regla
gn̄al'. om̄e supinū ueniens a
p̄t̄ito in ui. p̄ducit penultimā. ex
cipiuntur hec. litū. quitū. citū. sitū.
satū. itū. agnitū. ⁊ cognitum.
Alius. vi. cū ante s̄it. uocal' n̄
diuisa. Deriuis. itu. li. cau. sa. si.
ci. tollis. ⁊ inde citum. Agnosco
dat itū. p̄t̄ cognosco. ſꝫ oi͡ū.
ignosco. p̄nosco debuit. hec sit
tibi notū. litū a lino. linis. qui
tū. a queo. quis. citū a cieo. es. si
tum a sino. sinis. satū a sero. seris.
itū ab eo is.

Linio. linis. lini. ul' liniui. li
nire. id est qd̄ unge. Vn̄ linit᷑.
linita. linitū. ⁊ h̄ linimen̄ liniū.
⁊ h̄ linicō. Ita dicit huguicio.
eliminand⁹ est aut̄ error quorū
dam. qui ponunt linire p̄ linere.
cū diu̇sa signi͡ficent. Vn̄ eze. xiii.
dn̄t illi aut̄ liniebant. p̄ linebant.
qd̄ sup̄ p̄rio expositum est. Itē
post paulo i ead̄ eod̄ capl'o. dic ad
eos qui liniūt absq᷑ temp̄amēto.
liniunt dn̄t ibi. p̄ linunt. Cū sc̄dm
Ieronimū ⁊ antiquas biblias de
berent dic̄e linunt. i. sup̄indu
cunt. non liniūt. Nam i sequē
textus dicit eos u̇ d᷑. V̇ est litura
quā linistis. ul' leuistis ⁊ meli⁹ si
cut. s. p̄rio ondit᷑. litura enī
p̄ sup̄inductōne. ul' delectōne. a
lino. linis. d᷑. ⁊ nō a linio. imo a
linio d᷑ linitura. nō litura. p̄
linistis. ul' leuistis. dicit in p̄t̄ito.
ab h̄ u̇bo lino. nō a linio qd̄ facit
facit liniuistis. Item. vii. a
mos d᷑. Ecce dn̄s stans sup̄ mu
rū litū. nō linitū. Itē exo. xxix. a
laganaque cōsp̄a oleo lita. i. nō sp̄sa.
ſꝫ sup̄inducta. q᷑ tm̄ in sup̄ficie
olei ponebatur.

Lintheū a linū. lini dicit᷑. s.
uelū. ul' p̄nnis line. qui i
uelo sternit᷑ i lecto. Vn̄ hec linthe
olum. diminutiuū. et hec linthea

men· lichonius· primus liniet qui
scribitur in lectis.

Lippus· pa· pum· dicitur qui
oculos habet lacrimantes· Vi
v. de uersus sup expoitur limus. Et co
ponitur lippus a liquor· ous· et
pus. quod est putredo. quia liquorem
putridum per oclos emittit. Versus.
· V. Pus per putredo. non declinabile co
pus declinat custodia quae uoca
tur. Item a lippus hec lippitudo· i·
uicium oclorum. quod humore defluen
te fit. atque ex crebra infusione
humoris palpebre grossiores ex
istunt. lippio· pis· piui· pire· i·
lippum fieri. uel lippum esse.

Lira prima breui instrumentum est
musicum· Et dicitur a liron greco·
quod est diuisitas. uel uarietas uocum.
eo quod diuersos sonos faciat· Ita dicit
· Ca. viij. ysidorus· ethimologiarum· iii. Item lira prima
producta dicitur sulcus. et dicitur a liros
greco. quod est sulcus latine. Vnde uersus.
· V. pollice tango liram. facio cum uo
mere liram.

Lito litas· aui· are· dicitur uno
lare. sacrificare. Vnde theo
V. dolus sic ait. Egregio cicropi delec
tur causa litandi. et inde dicitur
litus. litoris. quia naute libam apri
cum uel libam solebant diis marinis
in litore litare. uel dicitur a lidendo. quia
fluctu eliditur. uel dicitur a luo. lu
is. quia aqua abluitur.

Litostratos dicitur uarietas seu
composita pauimenta. uel uari
atus color in pauimento. uel aggeres
lapidum diuersorum colorum. uel pauimen
tum. uel quodcumque aliud opus. dum mo
sit ex lapidibus diuersorum colorum. Ita
dicit huguicio. et componitur a li
tos quod est lapis. et stratos quod est
uariatus. Vnde hec litostrata. et hoc
litostratum. et hic litostratus. Vnde
ysidorus. ethimologiarum. xix. litostrate sunt · Ca. xiiij.
elaborate arte picture paruulis cru
stis ac tessellis tinctis in uarios co
lores. Tesselli autem a tesseris noia
ti· i· quadratis lapillis per diminu
tionem. Nota quod hec tessera· re·
dicitur uas. uel mensura quedam. uel sig
num bellicum. uel tuba qua hostes ue
nientes nunciantur. tessera dicitur
signum hospitalitatis. quod dicitur illis
qui ad hospicia se uentum. quod cum
ostendunt hospitia statim in hospicio
ite recipiantur. tessera accipitur pro ta
lo. uel pro alea. uel pro tallia. uel pro
nummo. quia cum tesseris solebant nummus
frumenti uel annone designari.
Item tessara est genus frugis. Item
tessere sunt quadrati lapides ad
modum talorum. Vnde pauimenta struun
tur. Vnde hec tessella. et hec tessellula

per diminutionem. Ita dicit hugu-
cio. tamen ysidorus dicit hic tessellus ut pre-
dictum est. Item tessera id est quod qua-
tuor et componitur cum decas quod est
decem. Unde hec tesseradecas. hec tesse-
radecadis. i. quadragena. Item nota
quod secunda silla(ba) huius nominis liccastos in-
cipit a. t. et non a. c. sicut patet in pa-
pia et ysidoro. et in derivationibus hu-
gutionis. et in correctis bibliis.

Livor secundum papiam dicitur macula
nigra vel nigredo corporis.
et dicitur a liveo. es. livui quod est ni-
grescere. esse vel fieri lividum vel invidere.
Unde livesco. scis. inchoativum. et livi-
dus. da. dum. qui talis est coloris. Unde
secundum hug. huguicionem. hic livor.
dicitur lividitas. vel invidia. vel dolor vel
vulnus. proprie livor est nigredo que re-
manet in carne ex percussione.

Loco. locas. dicitur in loco ponere.
statuere. stabilire. collocare.
Locare etiam dicitur pecunia conducere. Unde versus. Qui capit ille .R.
locat. conducit qui pretium dat.

Locus dicitur a locando. et nota
quod in plurali dicitur hii loci. vel hec
loca. Unde in doctrinali scribitur. .R.
Est quia locus atque loci sint ar-
tis. sunt loca terre. Sic iocus
atque ioci. ioca vult variatio
sedi. et sic dicit huguicio. locus
est situs. vel qualitas. qua aliquid
circumscribitur. Item locus
est materia propositionis. Unde trahitur
argumentum. tam in dialectica quam in
rethorica. Secundum papiam locus
est ad aliquid ponendo factus. Item
locus dicitur facultas. copia. po-
testas. condicio. tempus. occasio. oppor-
tunitas id est quod locus summus. digni-
tas. honor. magnitudo. maies- auctoritas
tas. fastigium. splendor. gradus
gloria. loculus diminutivum est a lo-
cus. Unde et locellus. Est autem
loculus parvus locus. bursa. feretrum.

Locuples. locupletis. communis
generis. et est id quod dives. et
componitur a locus. loci. et plenus.
plena. plenum. quasi locis plenus. vel
componitur a loculus et plenus
quasi plenos habens loculos. Unde locu-
pleto. tas. ditare. Et nota quod
locuples terminatur in s. et non
quam in x. Item in omnibus casibus.
exceptis nominativo et vocativo.
singularibus producit hanc sillabam
ple. Unde versus. Discernitur iudi- R
as quod multa fidelia putet. In
locuplete penu. et similiter in hoc verbo
locupleto producitur. fidelia dicitur
olla. puteo. es. dicitur fetere. Unde
versus. Nemo placere putet qui .R.
presentia putet. penus dicitur cellarium.

Locusta sic ait strabus in
glo. exo. x. c. qz longio
ra habet retro crura. vocatur
locusta: qsi longa hasta. greci
vo astaon appellant. Id dicit
Ca. viij. ysidor. ethimol. xij. Est aut
aial paruu dente noxiu. Vn di
cit gg. sup exo. x. locusta plus
qm cetera aialia frugibz no
cet. Item ronimus i glo. Joel. i.
Erucha est uermis qui i oleribus
maxie inuenitur. bruc uoca
tus fetus locuste. anteqm habeat
alas. dein cum icipit uolare
uocatur atelabus. cu iam plene
uolat. dicitur locusta. Criso.
sup. mt. sic ait. locuste sunt uola
tilia quod minima. terram pruia et n
satis in altu uolantia. que man
ducabat iohes i deserto contin
tus. Item arnulphus quidam ex
positor sic ait. minimu genus
locustarum. in deserto iudee quo
pastus est iohes. usqz hodie appa
ret. que habet corpusculu i modu
digiti manus. membris exilibus
et breuibz. i herbis facile capiu
tur. Cocte quoqz i oleo pauperem
prebent uictum.

Longeuus. ua. uu. i. lo
gi eui senex. Vn h lon
geuitas. i. logi eui uita.

Longinquus dicitur remo
tus. longe habitans. Vnde
hec longinquitas.

Longiturnus dr diuturnus. lo
ge durans. Vnde h lon
giturnitas.

Locamentum dr concathena
tio. q solz fieri i fundame
tis edificiorum. vbi no potest iue
niri terra solida ad fundamentu
edificiu. et dr a locum. loci. qd
est habena. qz sic cathenule in
loco coniunguntur. Ita ligna illa
connectuntur. Item locamenta
dicuntur. plura loca. ul laque
aria. scdm huguicoem. Sz pa
pias dicit sic. locamenta dnr i
parietibz tabule. ul alia ligna
q imittuntur.

Lorica dr qsi loris carens.
Vn ysid. ethimol. xviij. Ca. xviij.
lorica uocata e. et qz loris care
at. solis eni circulis ferreis co
texta est. et ubiqz conducit hanc
sillam. ri. Vn ouid. methamo. .o.
. iii. a. lorice qz modo secutus de x
fensus et acre. Durica pellis.
ualidas cute repulit ictus.

Lubricus. ca. cu. dicitur
a labor. bis. et e differen
cia inter lubricu et labile. qz la
bile est qd labitur. sic fluuius

lubricum aut̃ sic ait papias. non
dicit̃ qd labit̃. sꝫ in quo quis la
bitur. sic̃ est glacies. ul̃ t̃ra argil
losa. Item lubricū dr̃ quicquid la
bitur dū tenetur. ut piscis. ser
pens. Item lubricꝰ dicit̃ leuis.
